Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAUGURALIS
DE

DOMINO A VINDICATIONE, JU PRUTENICO, NON EXCLUSO.

BIBLIOTECA ROMA

QUAM

MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS CONSENSU

PRO LOCO
PROFESSIONIS IN JURE EXTRAORDINARI

VENTILABIT

FRIDERICUS Rabe/

U. J. D.

SUMMORUM REGNI PRUSSIÆ JUDICIORUM ADVOCATUS.

RESPONDENTE

JOHANNE GODOFREDO Amſell

REGIOM. PRUSS.

IN AUDITORIO MAJORI
AD DIEM 16. SEPTEMBR. ANNO: 1723.
HORIS ANTE-ET POMERIDIANIS.

REGIOMONTI, LITTERIS REUSNERIANIS

Digitized by Google

AUGUSTISSIMO,
POTENTISSIMOQUE PRINCIPI AC
DOMINO
IDERICO
VILIELMO,
REGI BORUSSIÆ
GGRAVIO BRANDENBURGI-
S. R. I. ARCHI CAMERARIO ET ELECTORI,
PREMO ARAVSIONENSI, NEOCOMENSI ET VALAN-
GINENSI PRINCIPI,
DRIÆ, MAGDEBURGI, CLIVIÆ, JULIÆ, MON-
IUM, STETINI, POMERANORUM, CASSUBIORUM,
VENEDORUM, ET MEGAPOLIS, ITEM IN SILESIA, CROSNÆ
DUCI,
BURGGRAVIO NORIMBERGENSI,
CIPI HALBERSTADII, MINDÆ, CAMINI,
VANDALIÆ, SVERINI, RACEBURGI & MEURSÆ,
OMITI HOHENZOLLERIÆ, RUPINI, MARCÆ,
AVENSBERGÆ, HOHENSTEINII, TECKLENBURGI,
LINGÆ, SVERINI, BURÆ, & LEERDAMI,
MARCHIONI VEHRÆ, & VLISSINGÆ,
DYNASTÆ RAVENSTEINII, ROSTOCHII, STARGARDIÆ,
LAUENBURGI, BUTOVIÆ, ARLAIÆ, AC BREDÆ, &c. &c. &c.

PATRIÆ PATRI OPTIMO, INCLUTO
MUSARUM CONSERVATORI MUNIFICENTISSIMO

Diſſertationem hanc inauguralem in devotiſſimæ
ſubjectionis ſignum ſacram dicit
FRIDERICUS Rabe, D.

Digitized by Google

I. N. J.

§. I.

TUm functionis in Foro meæ, tum legis, quam nuper in ventilatâ Inaugurali de *Dominio Litis in Pruſſia* Diſſertatione, mihimet ipſi dixi, haud immemor, non potui *pro Loco Profeſſionis in Jure Extraordinariæ* nunc obtinendo, more antiquitus in hac Univerſitate recepto, diſputaturus, aliud eligere argumenti genus, quam quod ipſo forenſi uſu & praxi ſe præ aliis commendaret maxime, ex communi *Romano* eoque cum *Prutenico* collato jure deducendum.

§. II. Diffitebitur nemo, ex univerſo juris latifundio nullam materiam utiliorem apparere ac frequentiorem, quam quæ ex largiſſimo actionum fonte aut genere hauritur, interque eas principem obtinere locum aut agmen ducere, petitiones aut reales, vel in rem actiones, longo admodum intervallo actiones perſonales, aut in perſonam ſuperantes, conf. *l. 25. π. de obligat. & Action.* quarum illæ in jure ſic dicto in re, hæ verò in jure ad rem fundantur; Quæ jura invicem quantum diſtent inter ſe, cum nemini, parum in jurisprudentia verſato, poſſit eſſe incognitum, longius non attinet deducere, cum, ut ſcitu neceſſaria, jam ſupponantur.

§. III. In actionum Concurſu eſt illa omnino, qua quis facile ſuum conſequi poteſt, eligenda, ne alioquin quis ſtultitiæ incurrat notam. *§. 5. J. quod cum eo, qui in alien. poteſt. eſt, negot. geſt. eſſe dicitur.* Præſtat poſſeſſorio potius experiri judicio, quam petitorio *l. 24. π. de rei Vindicat.* præſtat potius agere in rem, quam in perſonam

Digitized by Google

l. 25. π. de R. J. §. 14. J. de obligat. quæ ex delict. naſcuntur. notanter inde jure *Prutenico L. 4. T. 6. Art. 3.* eſt expreſſum, daß nicht die Perſohn, ſondern das Guth angeſehen und beklaget werde. conf. *L. 3. T. 1. Art. 13.* §. *1.* & *Art. 9.* §. *4.* & *8.* nec non *L. 4. T. 6. Art. 5.* §. *3.*

§. IV. Eſt actionis in rem effectus & qualitas, ut detur contra quemcunque poſſeſſorem & bonæ fidei emptorem, non tamen ſolius: Nam & quædam ex perſonalium numero eundem non minus ſibi vindicant effectum, v. g. actio quod metus cauſa, *l. 9.* §. *1. l. 14.* §. *3.* & *5. π. quod metus cauſa. l. 3.* & *5. C. de his, quæ vi metuſve cauſa l. 4.* §. *33. π. de dol. mal* & *metus Except.* actio ad exhibendum. *l. 3.* §. *fin. l. 4. π. ad exhibend.* nec in rem ſcripta eſt incognita actio Jure *Prutenico L. 3. T. 1. Art. 16* §. *3 ib.* und dieweil dieſe Klagte, ad exhibendam, allewege dem Guth folget, es habe gleich inne, wer da wolle, ſo wird dieſelbe auch tanquam in rem ſcripta, wieder einen jeden *Poſſeſſorn* oder Detentorn verſtattet, ob ſie ſonſt auch gleich, ihrer Natur nach, *actio perſonalis* im Rechten genennet wird.

§. V. Hunc adverſus quemcunque intra annum, ex die judicialis ingroſſationis *L. 4. T. 7. Art. 1.* §. *2.* non obſtante textu *L. 4. T. 6. Art. 1.* §. *2.* computandum, agendi effectum nominatim quoque Jus *Prutenicum* actioni ex retractu gentilitio tribuit *L. 4. T. 7. Art. 1.* §. *15.* Wir ſetzen und wollen, daß der nechſte Bluths-Verwandter, nicht allein von dem erſten, andern, dritten, ſondern auch noch von einem weiteren Käuffer das verkauffte Guth, wo daſſelbe gleich hundert oder mehrmahl verkaufft worden, in Krafft des Einſpruchs woll an ſich bringen möge. conf. *Gail. L. 2. Obſerv. 19, num. 7. Coll. Jur. Argent. tit.*

π. de

Digitized by Google

π. de contrah. Empt. n. 30. in not. ſufficit verò, ultimo poſſeſſori pretium primæ emptionis, cujus reſpectu competit Retractus, offerri.

§. VI. Hoc effectu tam ex communi *Romano §. 1. J. de Actionib. l. 9. l. 25. π. de Rei Vindicat.* quàm *Prutenico* jure *L. 3. T. 1. Art. 13. §. 1. & 2 ib.* gegen den Beſitzern und Innehabern ꝛc. ꝛc. ſic dicta ſeſe potiſſimum effert rei vindicatio ex dominio, aut eo jure, quo cujusque res corporalis propria eſt, orta.

§. VII. Uti hoc jus rei adhæret, eam afficit & comitatur, reliquasque juris in re ſpecies vi & ambitu ſuo complectitur, & ante omnia alia jura eſt, *Mevius p. 3. D. 126.* ita non eſt minoris effectus cenſenda, inde dependens actio aut rei vindicatio; *Berlich. p. 1. Concl. 64. n. 2. & 3.* hinc rerum domini rem vindicaturi, moto Creditorum Concurſu, ſunt extra Concurſum, aut omnibus creditoribus præferuntur.

§. VIII. In foro hoc vindicationis judicio qui experiri intendit, cum Communi *Romano. l. 23. pr. l. fin. π. de Rei V. l. 2. C. Eod.* & *Prutenico* diſponente jure *L. 3. T. 1. Art. 13. §. 1. & 2.* duo oportet probare, ſe eſſe dominum, & alterum poſſidere, aut rem detinere. ib. daß der Kläger ſey ein Herr des gefoderten Guths, und daß der Beklagte das Guth in *Poſſeſſion* oder Beſitz habe.

§. IX. Ubi poſſeſſor conventus forte negaverit, ſe rem poſſidere, & tamen eſt convictus mendacii, in adverſarium ſtatim transfertur poſſeſſio, licet actor ſuam eſſe hactenus nondum probaverit. *l. fin. π. de Rei V.* Cujus legis *practicum uſum* licet quidam DD. in dubium vocare non vereantur. conf. JCti *Caſpar. Heinr. Hornii* Ao. *1701.* Wit-

Digitized by Google

teebergæ de *pœnâ inficiantis poſſesſionem* habita, proque *ho-dierno* legis hujus *uſu* ſcripta diſputatio; Jus *Prutenicum* tamen *L. 1. T. 24. Art. 17.* memoratæ legis autoritatem diſertis verbis vindicat, *ib.* Zur Straffe der *Inficiation* abzutreten, ob gleich Kläger das Eigenthum nicht probiret. Mendaciorum uſum & *Prusſicis* in judiciis non minus, ac aliàs, extitiſſe inviſum, quamplurimi textus evidenter evincunt. conf. ſi placet *L. 1. T. 25. Art. 7. §. 2. in f. L. 4. T. 4. Art. 1. §. 21. & Art. 2. §. 9. L. 4. T. 5. Art. 8. §. 6.* item *L. 6. T. 11. Art. 1. §. 5. & Art. 5. §. 5.* Quis, tot convictus ſanctionibus, negare nunc auſit, pœnam mendaciorum ceſſare hodie in *Prusſia*, aut licere impune litigantibus conteſtari litem negativè, ſecundum vulgare illud dicterium, *ſi feciſti, nega;* in cujus locum potius, quod veritatis agnoſcit amorem, ſurrogandum principium, *ſi feciſti, affirma;* ſi inficiationis pœnam evitare cupias.

§. X. Qui deſiit rem dolo poſſidere, aut liti ſe actori ignoranti, alterum non poſſidere, obtulit, juris interpretatione pro poſſeſſore non tantum habetur, *l. 131. l. 150. l. 157. § 1. π. de R. J. l. 27. §. 3. l. 25. l. 26. l. 36. pr. π. de Rei V.* ſed & condemnari poteſt. *l. 27. pr. π. Eod.* idem de eo qui deſiit poſſidere dolo, eſt jure *Prutenico* nominatim *L. 3. T. 1. Art. 13. §. 2. in f.* diſpoſitum, *ib.* Wo der Beklagte die Güter dolo malo alienirt und verändert hat, mag er beklaget werden. *art. 16. §. 3.* qui enim dolo deſiit poſſidere, pro poſſidente damnatur, quia pro poſſeſſione dolus eſt. Eum, quod attinet, qui liti ſemet ignoranti actori obtulit, non quidem *juris Prutenici* deprehendo diſpoſitionem, puto tamen, caſu contingente, non minus eum inſtar poſſeſſoris fore condemnandum. v. g. inſtituis adverſus me, ceu poſ-

ſeſſorem

ſeſſorem aut detentorem rei, actionem vindicatoriam, ego me ab iſta impetitione ante litem conteſtatam, vel nominando aut laudando auctorem. *l. 2. C. Ubi in rem actio.* vel negando, me poſſidere, liberare valeo: omitto, & cum non poſſideam, tecum ignorante litem conteſtor, teque dominum eſſe rei nego, tu contra dominium probas; annon hodie juxta *leg. alleg.* ſim condemnandus? ſic videtur: Etenim in effectu liti me obtuliſſe videor. conf. *Ludovici doctr. π. tit. de Rei V. §. 3.*

§. XI. Probatio dominii eſt difficilis, inde, qui ſuæ intentionis in eo quærit præſidium, de ejusdem probatione conf. 𝔏𝔕. *L. 3. T. 1. Art. 13. §. 2. art. 14. §. 1.* debet eſſe omnino ſollicitus *arg. l. 2. π. de probat.* &, ſi diffidit, non tam in vero, quam in præſumpto aut quaſi, vel juxta Jus *Prutenicum. L. 3. T. 1. Art. 15. §. 1.* utili dominio, ex bona ſcilicet fide, tituloque ad transferendum dominium habili, petat ſubſidium, Rei Vindicationis loco uſurus potius *Publiciana* in rem actione. *§. 4. J. de Actionibus t. t. π. de Public. in rem action.* cujus actionis uſus in foro eſt frequentior, quam ipſius vocis. Re ipſa interdum adhuc hodie utimur in praxi, ſed non nomine. Jus *Prutenicum* nec dictæ actionis nomen, nec uſum ignorat; quin potius eam æque, ac jus *Romanum* contra omnes poſſeſſores, ſolo domino vero & directo excepto, concedit *loc. cit. Art. 15. §. 3. ib.* wieder alle Poſſeſſores, Beſitzer oder Innehaber ſolches ſtritigen Guths ꝛc.

§. XII. His in genere præmiſſis, ad ſpecialiora deſcendo, & inquiro, an Jus *Prutenicum* ſic dictæ *Rei Vendicationi* liberum reliquerit curſum, neque effectum ejusdem in uno alterove caſu reſtrinxiſſe, deprehendatur? Ubi ad exotica

Digitized by Google

Jura converto oculos, & Jus *Hamburgenſe, Lubecenſe, Bremenſe, Belgicum, Svevicum, Saxonicum, Svecicum*, & *Culmenſe* intueor, eſt omnino reſtricta rei Vindicatio, neque ab unoquoque poſſeſſore, pretio non refuſo, rem propriam, ut Jure Civili *Romano t. t. π & C. de Rei V.* vindicare eſt integrum. In quibus verò caſibus ſecundum allegatorum jurium diverſitatem ſit facta reſtrictio, indicare, ipſosque ideo textus ant excutere, vel allegare ſaltim, nimis foret longum: hinc ſuperſedeo, ea, quæ propoſito magis inſervire videntur, breviter ex Jure *Romano* & *Prutenico* deducturus.

§. XIII. Jure *Romano* eſt permiſſum domino, rem furto ſubductam a quocunque poſſeſſore vindicare, neque cogitur dominus poſſeſſori reſtituere pretium, quod dedit. *l. 2. C. de furt. l. 23. C. de Rei Vind.* Quod extendunt DDres, licet in nundinis & mercatibus publicis pona fide *conf. l. 109. π. de Verb. ſignif.* & cum expreſſa proteſtatione, quod eam domino reſtituere velit, non a fure, ſed ab alio venditore emerit poſſeſſor: **Wann es gleich durch tauſend Hände**, ut loqvuntur, **gegangen wäre**; cum nundinarum ſecuritas non in eo conſiſtat, ut quis citra leges mercetur, ſed tantum quoad acceſſum & receſſum, ne quis moleſtia afficiatur, ſint tutæ & privilegiatæ: qui cum alio contrahit, non eſt, vel non debet eſſe ignarus ejus conditionis, quin ſcire eum oportet, id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium non transferri *l. 11. l. 19. π. de Reg. Jur.* dominiumque, quod penes alienantem non reſedit, in accipientem tranſire non poſſe. *l. 54. l. 120. π. de Reg. Jur.* **Pr. L. R.** *L. 3 T. 1. Art. 12. §. 9.* conf. *Carpzov. P. 4. C. 39. def. 5. Finkelthaus obſerv. 56. Lauterbach π. de Rei V. Frantzkius L. 2. reſol. 9. n. 64. Ludovici doctrina π. tit. de Rei V. §. 9.* Neque ab hac Juris communis

munis diſpoſitione ſunt excipiendi Judæi. *conf. Stryk. Uſu π. Modern. tit. de Furtis.* §. 27.

§. XIV. A veritate inde non eſt alienum, quod circumfertur dictum, ubi rem meam invenio, ibi vindico, **Wo ich meine Sache finde, da nehme ich ſie**, non quidem privatâ, ſed publica autoritate, vindicatio, non invaſio eſt permiſſa, aut turbatio. arg. *l. 13. π. quod metus cauſa. conf. l. 9. C. ſoluto matrim. l. 176. π. de Reg. Jur. l. 7. C. ad L. Jul. de vi publ. vel priv. Stryk. uſu π. modern. tit. quod metus cauſa.* §. *8. & 9. l. 1. C. ubi in rem act. l. 38. inf. π. de judic.* licet reus alibi reperiatur *Mevius p. 6. D. 346. & 347. & p. 4. D. 74 Ludovici doctr. π. tit. de judiciis* §. 19. & poteſt manu militari res, dominio probato, auferri. *l. 68. π. de R. V. conf. Bachov. D. 7. th. 11. de Actionibus. Zollii Diſput. Ao. 1707. Rintelii habita de praeciſa praeſtatione rei debita. Brunemann ad l. 68 alleg.* nec in executione auditur pretium, utut juſtum, offerens *l. 2.* §. *1. π. de rebus creditis. pr. J. quibus mod. tollat. oblig. l. 9. π. de act. rerum amotar. Mevius p. 2. D. 271.*

§. XV. Jus *Prutenicum* non minus dominos adverſus rerum furtivarum poſſeſſores tuetur, ſive bona, ſive mala fide res comparaverint, neq; illi vel bonæ fidei emptoribus pretium coguntur reſtituere. Provoco ad textum *L. 3. T. 4 A. 1.* §. *6. ib.* Derowegen ſo mag der rechte Eigenthums-Herr daſſelbige allezeit, auch von demjenigen, die von Dieben und Räubern ſelbſt, oder von denen, die von ihnen etwas *bona fide* **und mit gutem Glauben** gekaufft, oder ſonſt durch einen andren rechtmäßigen Titul empfangen, und bekommen haben, wiederumb **ohne Erſtattung** des Geldes, damit es einer gekaufft und an ſich gebracht Deinde ad text. *L. 4. T. 6. A. 4.* §. *2. ib.* So iſt der Käuffer

ſolch

Digitized by Google

ſolch Gut auch ohn alle Erkäntnüß oder Wiedererſtattung des erlegten oder ausgegebenen Kauff-Geldes wiederumb herauszugeben ſchuldig ꝛc. & porro ad text. *L. 6. Tit. 8. A. 15. §. 16. ib.* auch ſoll er daſſelbige dem rechten Herrn, dem es geſtohlen, folgen laſſen, und ſoll ihm von der Wiederherausgebung nicht liberiren, obſchon ſolche geſtohlene Haabe oder Gutt an den dritten, vierdten, oder mehreren verkauffet wäre ꝛc.

§. XVI. Neque refragatur jus *Prutenicum*, quo minus in rem actio, aut rei V. in *rei ſitæ loco* inſtituatur *L. 1. T. 10 §. 4. ib.* Wann eine Real-Sache oder dingliche Klagte intentiret worden, ſo ſoll der Kläger den Richter des Orts, da die Gütter gelegen ſeyn &c. *L 4. T. 7. A. 5. §. fin.* neque manum militarem inhibet, aut alia ad coercendam contumaciam reſtituere nolentis excludit remedia *L. 1. T. 47. § 7. ib.* oder da es beweglich vom Beklagten nehmen und Klägern zuſtellen, aut aliud pro alio, pro re pretium, domino invito in executione obtrudi, permittit. *L. R. L. 4. T. 1. Art. 2. & L. 4. T. 21. Art. 1. §. 1.* nec non *L. 4. T. 6. Art. 15. §. 5.* Poteſtatem tamen ſibi ipſi jus in *propria cauſa* dicendi, aut rem propriam, *propria autoritate* vindicandi jus ſub poena amiſſionis removent *Prutenicæ* ſanctiones. *L. 3 T. 5. A. 3. §. 7. & L. alleg. & tit. §. 15. ib.* Wollen Wir aus denen Käyſerlichen Rechten die Straffe introduciret haben ꝛc. die Haubtgerechtigkeit oder Eigenthum der Gütter verlohren haben ꝛc. *ib.* aller ſeiner Forderung und Gerechtigkeit & *L. 4. T. 5. Art. 4. §. 4 ib.* der ſoll ſeine Gerechtigkeit mit daran verlohren haben. *L. 4 & tit. alleg. Art. 4. §. 5.* ſoll der Gläubiger das Unterpfand unerfolgten Rechtens nicht angreiffen, ob ihm gleichwol in dem Schuld-

Digitized by Google

Schuld-Brieff durch einige *Convention* und Geding nachgelaſſen wäre, daß der Angriff ohne Recht geſchehen konte *L. 4. T. 8. Art. 2. §. 2. ib.* durch rechtliche Hülffe. *L. 5. T. 8. Art. 4. §. 1. ib.* der ſoll damit ſeine Gerechtigkeit und Anſpruch zu dem Legato verlohren haben.

§. XVII. Invenit Jure communi *Romano* rei Vend. contra quemcunque poſſeſſorem locum, ſi citra dominorum conſenſum res eorum ſunt alienatæ, donatæ, permutatæ, in ſolutum datæ, dotis nomine conſtitutæ, commodatæ, depoſitæ, aut quocunque alio modo alienatæ. Haud permittit æquitatis regula, ut ſic ſine facto & conſenſu eorum, quorum ſunt, alienentur rerum dominia; nec culpa videtur carere, qui ante non, quam acceperit, inquiſiverit diligentius, an tradens ſit dominus? aut a domino tradendi & transferendi habeat facultatem? *conf. l. 11. l. 19. l. 54. l. 120. π. de R. J. §. 40. 42. J. de Rer. Diviſ. pr & §. 1. J. quibus alien. licet vel non l. 20. π. de pignorat. act. l. 29. inf. de pignorib. l. fin. C. ſi aliena res pignori data ſit. l. 7. C. de rebus credit. l. 8. C. ad exhibend.*

§. XVIII. Neque aliud ex juris *Prutenici* eſt ſtatuendum ſanctione, quæ *L. 4. T. 5. Art. 2. §. 1.* ſic habet: Es hat keiner Macht oder Gewalt ein frembd Ding, Gutt oder ſonſt eine Gerechtigkeit zu verſetzen, noch zu verpfänden, darumb ſo es ſich begebe, daß der Mann ſeines Weibes, oder der Sohn ſeines Vaters, oder das Weib ihres Mannes, oder der Vater ſeines Sohnes Guth ohne ihren Conſens, Wiſſen und Willen verſetzen und verpfänden, ſo iſt ſolche Verpfändung nicht kräfftig & *L. alleg. 4. T. 9. Art. 2 § 4.* Niemand ſoll einig frembd Guth verkauffen oder verpfänden, wo es aber geſchicht, und der

Digitized by Google

Käuffer das weiß, ſo mag der Herr und rechte Eigenthümer das verkauffte Guth allewege einziehen und *vindici*ren. Hat aber der Käuffer bona fide gekaufft, und anders nicht gewuſt, dann daß ſolch Guth dem Verkäuffer zugehöret, und dazu ſo viel Jahre und Zeit des geſchehenen Kauffs verſchienen wäre, daß es der Käuffer mit Nutzen und Gewehr erſeſſen, oder præſcribiret hätte, ſo iſt er dem rechten Eigenthümer ferner nichts ſchuldig ꝛc. *& L. 4. T. 6. Art. 13. §. 4 ib.* ſo es anders des Verkäuffers geweſen. *L. 3. T. 1. Art. 12 §. 9.*

§. XIX. Ubi quis ſuo nomine alienas res, quibus imus in creditum e. g. vinum, oleum, frumentum, pecuniam numeratam, mutuò dederit, non facit eas accipientis, ſed ſi extant, poſſunt *jure Romano* vindicari. *l. 11. §. fin. l. 14. π. de rebus credit. l. 8. C. depoſiti vel contra.*

§ XX. Neque Jure *Prutenico* eſt hoc in caſu excluſa vindicatio *L. 4. T. 1. Art. 4. §. 7.* **Wo aber einer frembd Geld, Korn, Wachs, *Specerey*, Wein, oder anders in ſeinem Nahmen ausleihet, und verborget, in dieſem Fall da die geliehene Haab und Wahr noch verhanden und nicht verthan iſt, ſo mag ſie der Herr, dem ſie zugehörig, *condici*ren und fordern. Wo ſie aber nicht verhanden, ſondern verthan, ſo hat der Herr des ſie geweſen, keine Action an den mutuatarium oder Entlehner ꝛc. ꝛc.** verborum contextus docet, per iſta modo citata verba: *condici***ren und fordern**, non niſi *vindicandi* denotari *facultatem*; cum alias & Jure *Prutenico* condictiones, in perſonam actiones deſignent. confer **L. R.** *L. 3. T. 1. Art. 9. §. 4. ib.* in condictionibus, das iſt, in der Perſöhnlichen Klagte, ꝛc. ꝛc.

§. XXI. Alias in mutuo, ſi res propria eſt data, fit illa

Digitized by Google

illa ſtatim accipientis, mutuatarius liberam aonſequitur diſponendi facultatem, neque amplius ab eodem, *licet res mutuo data adhuc extet*, poteſt vindicari, translato in mutuatarium ſemel dominio. *pr. J. quibus modis re contrahitur obligat. l. 2. §. pen. ,w. de rebus cred.* multo minus dabitur vindicationi locus, ubi ab accipiente mutuatario rurſus jam ali. fuerit res credita, aut ſoluta. Neque ab hac ipſa diſpoſitione Jus *Prutenicum* recedit: merentur huc transſcribi verba, quæ leguntur *L. 4. T. 1. Art. 4. §. 4.* So mag auch das geliehene Geld, ſo in die dritte Hand komt, von demſelben dritten nicht vindiciret werden, darumb wer einem Geld leihet, der mag, oder ſoll es wiederumb an dem erfordern, dem er es geliehen hat, und nicht von dem, in des Gewalt nach folgendes durch Gewerb, *Negotiation* oder Kauffhandlung ſolch Geld kommen. Cujus ſanctionis non eſt alia ratio, quam quod non minus Jure *Prutenico* in mutuo transferatur dominium, textibus docentibus *L. 4. T. 1. Art. 1. §. 1.* Allda wird ſolch entlehnet Guth ſo bald des Mutuatarii und Entlehners eigen, alſo daß er ſolches fürter veräuſſern, ver*alieni*ren, und ſeines Gefallens nützen, nieſſen, verbrauchen, oder ſonſt einem andren hingeben mag. *alleg. L. Art. 2. §. 1. ib.* Da das Eigenthum & *ſic dominium rei mutuo datæ*, auf den Entlehner, oder Mutuatarium ſo bald verwendet wird.

§. XXII. Incidenter hic adverto, quod inde nec ex veriori JCtorum *Strykii in Notis ad Brunnem. tract. de Proceſſ. Concurs. Credit. c. 5. §. 5. JCti Chemnitii in Diſput. Inaug. de jure Prælat. Creditorum. th. 1. n. 8. Ludovici Concurs Proceſs cap. 9. §. 4.* ſententiâ *vindicationi* permittatur *locus*, ſi a re mittente, vom Herrn des Wechſels, pecunia fuerit campſori,

 pſori,

ſori, **dem Ausgeber des Wechſels, oder, der Geld auf Wechſel annimbt,** ſoluta, & literæ Cambii pro more mercatorum conſveto cum proteſtatione, **mit** *proteſt.* remiſſæ; pecunia vero adhuc ſalva ſit & extet apud Cam- *ſt.* em, excitato poſt in ejus bonis Concurſu: Non deſunt .. dem Interpretes cambialis hujus pecuniæ, tanquam depoſitæ. *conſ. l. 7. §. 2. π. Depoſiti* vindicationem aſſerentes, ſi in individuis reperiatur; **Wann das empfangene Wechſel-Geld bey dem Falliten annoch verhanden,** a pecunia depoſita, aut alicui transferenda data argumentando. conſ. *Berlich p. 1. C. 64. n. 14. Carpzov. Deciſ. p. 2. D. 280. n. 6. 7. ſeq.* ſed, mea qualicunque opinione, minus firmiter.

§. XXIII. Jure Communi *Romano* eſt tutoribus atque Curatoribus rerum immobilium, quæque iiſdem comparari poſſunt, permiſſa *adminiſtratio*, non verò *alienatio*; cujus nomine non oppignoratio tantum, ſed omnis ille actus, quo res extra bona minoris ponitur, aut ejus uſus anfertur, aut diminuitur, venit. Si hujuscemodi actus à tutoribus & curatoribus ſuſceptus, eſt idem ipſo jure nullus *arg. l. 5. C. de L. L. §. 2. J. quibus alien. licet vel non.* Neque dicendum aliter, ſi ipſi pupilli aut adoleſcentes eum ſuſcepiſſe deprehendantur. *l. 2 l. 11. C. de prædiis & aliis reb. min. ſine decreto non alien.* niſi (1.) juſta ac neceſſària cauſa *l. 6. l. 12. C. tit. all.* (2.) cauſæ cognitio *l. 6 l. 2. l. fin. C. tit. alleg.* & (3.) Magiſtratus decretum intervenerint; unde dubium non habet, quin pupillis & minoribus ratione minus rite alienatarum rerum competat adverſus poſſeſſores, ſive is emptor primus ſit, ſive ſecundus, qui emit ab eo, in quem res ſine decreto translata, vindicatio. *l. 4. l. 15. l. 16. tit. alleg. C. Colleg. Jur. Argent. tit. π. all. de rebus eorum §. 11. & 12.* Imo, ſi

ſi cauſam alienationis non ipſa *neceſſitas*, ſed *utilitas* forte tantum ſvaſerit, etiamſi *decretum* & *cauſæ cognitio* acceſſerit, nulla eſt venditio, nullum eſt decretum. *l 5. §. 15. π. de rebus eorum qui ſub tut. vel cur. ſine decreto non alien. conf. Joh. a Sande deciſ. Friſic. L. 2. t. 9. D 14.*

§. XXIV. Neque adoleſcens aut minor major factus prædia injuſte alienata a poſſeſſoribus vindicaturus cogitur refundere *pretium*, ſi mala fide quis ea comparavit; ſin vero fide bona, eſt *pretium* refundendum, modo a poſſeſſore probatum, pretium in rem minoris eſſe verſum. *l 2. C. ſi quis ignorans rem minoris eſſe ſine Decreto comparaverit l. 2. l. fin. C. ſi major factus alienationem factam ſine decreto ratam hab. l. 4. 14. 16. C. de prædiis & aliis reb. minorum non alien. Struv. Synt. Jur. Civ. Exercit. 31. th. 85.* cum pupillus vel minor cum damno alterius non debeat fieri locupletior. §. *2. J. quibus alien. licet vel non l. 14. l. 15. pen. in fin. C. d. t. l. 5. §. 1. π. de autor. tutor.*

§. XXV Jure *Prutenico* non tantum recenſitis in caſibus eſt nulla alienatio & oppignoratio. *L. 2. T. 6. Art. 6. §. 5.* ib. Der *Contract* ſoll an ihm ſelbſt **nichtig und krafftloß** ſeyn. *& alleg. L. Art. 7. §. 1.* ſondern alle *Obligationes* und **Verpflichtungen**, ſo die Unmündigen hierinnen thun, ſeynd an ihnen ſelbſt **nichts und krafftloß**. *& L. 4. T 5. Art. 2. §. 2.* und da ſolches geſchehe, ſoll alles keine Macht noch Krafft haben, ſed *noviſſimo* jure eſt etiam ſtabilita *vindicatio. L. 4. Tit. 6. Art. 2. §. 6. ib.* Dann wo ſolches nicht gehalten, haben die Pflege-Kinder, ſo ſie über ihre 21. Jahr kommen, Macht, den Kauff umbzuſtoſſen, und ihre verkauffte Gütter, von dem **Käuffer** oder deſſen Erben zu *vindicir*en; ita, ut non ſit neceſſe ad *beneficium reſtitutio-*

Digitized by Google

nis in integrum confugere, quamvis & hoc eligere non ſit interdictum. *L. 1. Tit. 52. ib.* Würde ſich auch zutragen, daß die Vormünder oder Curatores einem Minderjährigen ſein Guth ohne gnugſahme Uhrſach und ohne Erkäntnüß der Obrigkeit verkauffen, ſoll der Unmündige auf ſolchen Fall der *reſtitution* genüſſen. An vero & quando poſſeſſori ſit reſtituendum pretium, non eſt Jure *Prutenico* ſic, ut *Romano*, per textus allegatos definitum; arbitramur tamen, cum nec Jus *Prutenicum L. 4. T. 17. Art. 2. §. 9. ib.* Dann das iſt die natürliche Billigkeit, daß ſich niemand mit des andren Schaden bereichere, permittet, alios cum aliorum damno fieri locupletiores, pupillos, jam majores, alienata, aut oppignorata repetituros, eſſe ad pretii refuſionem, aut creditæ pecuniæ, in cujus ſecuritatem facta bonorum pupillarium oppignoratio, ſolutionem obligatos; ſi modo bona fide negotium fuerit geſtum, & pretium atque credita pecunia probentur verſa in pupillorum utilitatem.

§. XXVI. Eadem eſt alienationis *bonorum Eccleſiaſticorum*, der Kirchen-Gütter, die zum Gottesdienſt oder gemeinen Nutzen verordnet ſeynd, & competentis *Vindicationis* ratio *Nov. 120. c. 6. §. 2. Mevius p. 9. D. 6.* Pr. L. R. *L. 4. T. 6. Art. 2. §. 2 ib.* Dann wo die alienation und Verkauffung anderer geſtalt und unrechtmäßiger weiſe geſchehe, da ſoll der *Contract* an ihm ſelbſt nichtig und unkräfftig ſeyn, jedoch iſt man ſchuldig dem Käuffer, der *bona fide*, mit gutem Glauben und Treuen contrahiret, ſein Kauff-Geld, ſo es noch verhanden, oder in der Kirchen und gemeinen Nutzen verwendet, wieder zuzuſtellen. Wo aber der Käuffer mala fide, mit böſem Glauben oder ſonſt betrüg-

Digitized by Google

trüglich gehandelt hätte, ſoll er das Kauff-Geld verlohren haben. Qui manifeſtus verborum tenor confirmat ea, quæ modo de pretii reſtitutione intuitu rerum pupillarium vindicatarum ſunt adducta.

§. XXVII. Sic porro cum alienatio *fundi dotalis* jure communi *Romano pr. J. quibus alien. licet vel non l. 17. π. de fundo dotali* ſit interdicta, & venditio nulla. *arg. l. 5. C. de LL.* non ſolum marito, conſtante matrimonio, permittunt fundum a quocunque poſſeſſore vindicare, ſed & uxori ſoluto non ſolum matrimonio, ſed & conſtante eo, ſi *maritus* culpa vel caſu *labi facultatibus incipiat*; imo extra hunc quoque caſum juxta ſententiam quorundam vindicandi facultatem contra quemcunque poſſeſſorem, imo & contra *maritum*, qui dolo deſiit poſſidere, utilem rei vindicationem indulgent interpretes *l. un. §. 7. C. de Rei Uxor. act. l. 16. §. 3. π. de Pignorib. Lauterbach & Bardili in Concluſ. Theoretico-Practicis Exerc. 52. th. 9. confer. tn. Stryk. Uſ. π. Modern. de fundo dot. §. fin.*

§. XXVIII. Jure *Prutenico* eſt non minus marito interdicta fundi dotalis, rerumque paraphernalium oppignoratio, alienatio, & contractus deſuper celebratus laborat nullitate, niſi idem in præſentia duorum mulieris Agnatorum proximorum, & duorum mariti, ut teſtium, conſummatus, quamvis fundi dotalis civile maritus habeat dominium. Pr. L. R. *L. 4. T. 15. Art. 5. §. 1. ib.* in Verbleibung deſſen ſoll ſolche alienation durchaus nicht Krafft haben. *& L. 4. T. 15. Art. 6. §. 1. ſeqq. & Art. 7. §. 1. ib.* Das rechte Bürgerliche Eigenthum. Secundum hæc adhuc hodie in *Pruſſiacis Judiciis,* iisque ſummis, pronuntiari, contractuque reſciſſo, *vindicationi* dari *locum*, teſtatur *Judicii Aulici*

ſen-

Digitized by Google

ſententia Juſtificatoria in cauſa *Mariæ Ludovicæ* de *Jaronowski*, natæ L. B. ab *Hoverbek* actricis ab una, & *Johannis de Lauſons* viduæ, reæ ab altera parte *die 19. Januar. Ao. 1713.* lata, inque *ſummo Appellationum judicio die 13. Mart. 1714.* confirmata, impoſito tamen actrici Juramento: ſubortâ deinde tum ratione rotulæ juramenti, tum ratione ipſius fundi dotalis, *an ille ipſe, qui vindicatus ante fuit*, controverſia, iis omnibus in ſummo memorato Appellationum judicio non attentis, prius Decretum *die 6. Nov. An. 1716.* denuo eſt confirmatum, Actrixque tenore prioris Decreti jurare juſſa. Huc quoque referri meretur caſus ratione *rerum parapher-ralium* a marito oppignoratarum, ab uxore vero poſt vindicatarum, Judicii *Prutenici* Aulici ſententiâ in Sachen ſeel. Heinrich Lіederts, Stadt-Rahts Erben, Klägern an ei-nen, dann Chriſtoff Wilhelm von Dobeneck Obriſt-Lieutenants Witwe, Beklagte am andern Theil, wie auch *Charlotta* Tugendreich und *Dorothea Loviſa* Geſchwiſters von Nettelhorſt in Ehelicher Aſſiſtentz, als Interveni-entin, ſtrittige diſtrahirung einiger Pfänder betreffend. *die 19. Martii Ao. 1717.* deciſus, ib. Als ſollen Beklagte zu mehrerer Gewißheit dieſer Sachen, daß nemlich die Stück &c. &c. gewiß und wahrhafftig ihre paraphernal Stü-cke ſeyn, dann, daß ſolche Stücke nicht von ihr ſelbſt, noch auf ihre Ordre, ſondern von ihrem ſeel. Ehemann, und auff deſſen Befehl verſetzet worden, imgleichen, daß die Beklagte vor dieſe verſetzte Pfänder niemahlen einige In-tereſſen gezahlet, noch die Bezahlung und Auslöſung derſelben denen Klägern jemahlen verſprochen, mit einem cörperlichen Ende zu erhalten und feſtzuſetzen ſchuldig, wann ſolches aber geſchehen, vorbeſagte Stücke ohne einig

Digitized by Google

einig Entgeld zurück und anzunehmen befugt ꝛc. ꝛc. Quæ ſententia quidem in Decreto *die 26. Nov. Ao. 17..* legitur reprobata, ſed ex novis & in contrarium emergentibus circumſtantiis. *ib.* Alldieweil aus denen von der Beklagtin in originali ad acta gebrachten Reverſen des ſeel. Stadt-Rath Lieberts zu erſehen, daß die libellirte Pfänder ⸗ ⸗ nicht nahmentlich von ihrem ſeel. Ehemann, dem Obriſt-Lieutenant von Dobenek, wie Beklagtin in denen anfänglich copialiter beygelegten Reverſen unrichtig angegeben, ſondern durch die ſo genandte Sommerin verſetzet ꝛc. und alſo noch ehe die Beklagtin die Heyrath mit dem von Dobenek getroffen ꝛc. ꝛc. woraus nicht anders zu vermuthen ꝛc. ꝛc.

§. XXIX. Jure Communi *Romano* mulier, æque ac maſculus, ex omni obligatur contractu *l. 2. C. ad SCt. Vellej.* excipitur tamen interceſſio aut fidejuſſio, vel contractus in aliorum favorem, cum eventu tamen dubio, celebratus. *l. 2. §. 1. & 2. l. 4. §. 1. π. & tot. tit. π. & C. ad SCt. Vellej.* in tantum, ut ſi *pignora* a muliere eo fine ſuppoſita & creditori tradita, cum pignoris quoque datio interceſſionem faciat. *l. 8. pr. l. 29. π. Eod. l. 5. C. Eod.* liceat eadem non ſolum a *creditore*, qui per interceſſionem ea accepit, *repetere & vindicare*, ſed neque minus ab illo, qui *bona fide emit*, & *poſſeſſor. b. f. exiſtit*, ne melioris conditionis emptor ſit, quam fuit venditor. *l. 32. §. 1. π. ad SCt. Vellej. l. 7. C. eod.* Clarius rem exponit Ulpianus in *l. 39. π. de Rei V. Julianus*, inquit, *recte ſcribit libro duodecimo digeſtorum, mulierem, quæ intercedens fundum pignori dedit, quamvis a creditore diſtractum poſſe in rem actione petere, quia nullum pignus creditor vendidiſſe videtur.* conf. *l. 14. C. ad*

SCt. Vellej. l. 11. C. de diſtr. pign. Coll. Jur. Arg. tit. 7. *alleg.* 4.

§ XXX. Jus *Prutenicum* & mulierum interceſſionem, *L. 1. T. 25. Art. 13.* §. *1. & ſeqq.* & pignus, interceſſione a muliere conſtitutum, improbat, *L. 4. T. 5. Art. 1. §. 3.* ib. Der von Rechtswegen nichts ſchuldig, oder ſich der Schuld-Forderung mit Recht erwehren kan, oder dem ſonſt eine gebührliche Exception von Rechtswegen zuſtehet, hat die **Pfändung der Güter, ſie ſey liegend oder fahrend, nicht ſtatt:** & quamvis ex ſequentibus *§. alleg.* verbis, ib. **in dieſen und dergleichen Fällen,** ſo ſich jemand verbürget, oder Pfand zu geben bewilliget, der kan und mag den Gläubigern oder Creditoren, ſo das **Pfand fordert**, per ejusmodi Exceptionem und Rechtl. Schutzwehren abweiſen, und ſich alſo von gethanener Bürgſchafft oder **bewilligter Verpfändung** erledigen und loſsmachen, colligi & inferri poſſet, mulierem intercedentem pignoraque pro debitore ſupponentem juvari, exceptionisque beneficio eſſe tutam; non vero repetitionem pignorumque alienatorum vindicationem a *tertio* eſſe conceſſam, faciliore mque exceptioni, quam petitioni aut actioni locum relinqui; quia tamen *Juris Prutenici* ſanctio cum effectu omnino veniat accipienda, & non ſit incongruum, ut ex jure Communi *Romano* illatus Juri *Prutenico* articulus capiat ex fonte ſuo ſupplementum, non videor aberrare, ſi, datis a muliere intercedente in *Pruſſia* pignoribus, iisque alienatis, actioni in rem aut vindicationi locum reliquero. Nec remoram injicit, quod dationi pignoris jure *Prutenico* multum tribuatur, perque eam non numeratæ pecuniæ excludatur exceptio. *L. 1. tit. 25. Art. 7.* §. 7.

§. 7. *ib.* Wir ſetzen und wollen auch, daß dieſer auszug nicht dargezahlten Geldes dem, der ſich zu einer Summe bekennet, und dem *Creditori* oder Gläubiger zugleich Pfand davor eingeſtellet, oder eingeantwortet, nicht gebühren ſoll. at textus hic eſt partim juri *Romano* communi *l. 1. & 3. C. de non num. pecun.* partim ipſi *Prutenico* juri *L. 4. T. 5. Art. 1. §. 3. & 4.* contrarius, *ib.* oder da was noch nicht gegeben, das Geld, darumb die Pfändung gegeben oder conſtituirt, noch nicht erleget, ſo lang nicht gelten, noch zu erfordern, biß die Obligation und Verbindung allerdings aufgerichtet und beſchloſſen. Imo jure communi *Romano* fœmina non ſolum SCti Vellejani gaudet exceptione ex fidejuſſione conventa, ſed etiam quamvis *juris* vel *facti* errore ſolverit., ſolutum *condictione indebiti* repetere valet. *l. 40. pr. π. de cond. indeb. l. 8. §. 3. l. 24. § 2. l. 31. π. & l. 9. C. ad SCt. Vellej.* Jus *Prutenicum* quidem, fateor, neque in *L. 1. T. 25. Art. 13.* ubi *SCti Vellejani* ſedes, neque in *L. 4. T. 17. Art. 2.* ubi de *indebiti* agitur *condictione*, mulieri ſolutorum concedit repetitionem; caſu vero tali in *Pruſſia* contingente, cum ille inter eos, qui clare Jure *Romano* communi occurrunt deciſi, referendus, non apparet, quomodo, poſt *noviſſimi Juris Prutenici* ſanctionem in promulgatorio diplomate, *ib.* Wann er in den Käyſerl. Rechten ausdrücklich *decidirt* iſt, nach demſelben ꝛc. excluſa poſſit eſſe ſolutorum repetitio.

§. XXXI. Jus *Prutenicum* nonnunquam, ubi jus *Romanum* denegat, locum relinquere vindicationi, & rei alienatæ revocationi diſpoſitio *L. 2. T. 6. Art. 10. §. 7. & 8.* innuit. Jure *Romano* non eſt interdicta *prodigo* alienatio bonorum ante, quam interveniente *Magiſtratus decreto* & *Curatoris*

conſtitutione: quæ, antequam hæc intervenerint, eſt facta alienatio, ſubſiſtit, & excluditur alienatarum rerum vindicatio. *l. 10. π. de Curator. furioſo & aliis extra minores dand. §. 2. J. quibus non eſt permiſſum facere teſtam. l. 26. π. de Contrah. Empt. l. 27. π. de minorib. 25. anni. Vinn. ad §. 3. J. de Curator. Frantzk Exerc. 3. quæſt. 6. & Fachin. Controv. L. 2. Cap. 63.* Jure *Prutenico* eſt & antequam *prodigus* quis vere declaratus, & Magiſtratus intervenerit interdictum, *uxori liberiſque* alienatarum rerum indulta *vindicatio* & revocatio, & quidem pretio non refuſo. *alleg. loc. §. 7. ib.* wenig oder viel unnützlich hingegeben, verändert rc. Daß zu jederzeit die Frau und ihre Kinder, ohne einig Entgeld oder Abgang, frey wiederumb zu erfordern und zu vindiciren Macht und Gewalt haben, damit der, ſo die Gütter an ſich gebracht, forthin lernen möge zuſehen, was, und von wem er kauffe, oder an ſich bringe. & *§. 8. alleg. ib.* obgleich ſolchem Prodigo und Verſchwender die Adminiſtration und Verwaltung ſeiner Gütter durch ein *Decret* und Erkäntnüß damahlen noch nicht benommen und abgeſtricket worden.

§. XXXII. Si, materia manente, ſpecies duntaxat, forte mutata, manet dominium, & per conſequens datur jure *Romano* domino adverſus *poſſeſſorem vindicatio*; veluti ſi ex meo ære ſtatuam feciſſes, aut ex meo argento ſcyphum. *l. 24. π. de acquir. rer. domin. l. 78. §. 4. π. de Legat. 3. §. 25. J. de Rer. Diviſ. & acquirend. ill. domin.* Idem jure *Prutenico. L. 3. T. 1. Art 6. §. 1.* cautum, *ib.* Als wenn einer aus eines andren Silber ein Trinck-Geſchirr gemacht, rc. rc. mag der dominus materiæ &c. ſolches rc. *per actionem rei vindicationis* wiederumb erfordern. Salvo manente dominio

minio & integro, effectus ejus ſe non ſolum adverſus ſpecificatorem, dem Werckmeiſter, ſed & adverſus alios poſſeſſores videtur exſerere. *arg. l. 11. & l. 54. π. de Reg. Jur.*

§. XXXIII. Sed ſuſpicor facile, objectum iri, *recenſitis* in *caſibus*, ſi non ad unum omnibus, quam plurimis tamen, exoticis quoque ſupra in §. 12. nominatis juribus, *Rei Vindicationi* non minus locum dari, partim ob vitium furti rei inhærens, & ad quemcunque poſſeſſorem tranſiens, partim ob negotii celebrati, lege prohibente, nullitatem, partim ob alienationem invitis aut ignorantibus dominis factam, ſed tunc demum, & maxime diſputari & dubitari valde, *an contra tertium b. f. poſſeſſorem ſit vindicationi locus? quando res bona voluntate & ſponte a domino ad alterum fuerit ſemel tranſlata, inhabili tamen ad transferendum dominium titulo*, aut *ex habili quidem, ſed habito reſpectu ad implementum contractus ab altera parte; hic vero rurſus eam ex titulo ad dominium aut jus in re transferendum habili & idoneo alienaverit, dum accipiens putavit*, tradentem fuiſſe *dominum*, aut a *domino tradendi habuiſſe facultatem*, an? ſi hic tertius, qui b. f. rem ex juſto titulo accepit traditam, poſt a domino conventus & vindicatoria actione pulſatus opponere valeat rem vindicaturo, *tibi adverſus me nulla prorſus competit actio*, aut *ego tibi nullo ſum obligatus jure*, cogeris, eum pulſare lite, *cum quo contraxiſti & cujus ante fidem in contrahendo es ſecutus.*

§. XXXIV. Ut de mente appareat apertius, hos ſiſto caſus, inquiſiturus, quid circa illorum deciſionem *Prutenico* cum *Romano*, collato *Jure* dicendum ſit.

1. *Cajus* commodat, aut precario concedit *Titio* equum; hic rurſus eum vendit *Sempronio*, bona fide exiſti-

manti,

manti, commodatarium *Titium* eſſe equi dominum, aut a domino vendendi tradendique habere poteſtatem; poſtquam per aliquod temporis ſpatium jam poſſedit *Sempronius* equum, *Cajus* commodans ſupervenit, equum, pretio non refuſo, vindicaturus; quæritur, an audiendus? an potius ad commodatarium *Titium* cum quo contraxit, & cujus fidem commodando ſequutus, ſit remittendus? pro poſſeſſore *Sempronio* tum bona fide, tum juſto & ad dominium transferendum habili titulo, contrà pro *Cajo* dominio rei emptæ venditæ militante.

2. Aut idem *Cajus* abhic diſceſſurus apud *Titium* libros depoſuit, ejusque fidei commiſit cuſtodiam: hic contractus fidem violando, ſimulat, ſe librorum dominum, eosque vendit *Sempronio*, qui b. f. juſtoque titulo comparat & poſſidet libros. Aut *Cajus* apud *Titium* Inſtrumentum obligationis deponit, eo fine, ut cum *Cajo* non liceat Regiomonti eſſe præſenti, *Titius* ejus nomine, quovis anno, a debitore exigat uſuras, illasque transmittat. *Titius* depoſitarius uno alterove anno ex fide agit, inque uſuris tum exigendis, tum transmittendis, boni viri adimplet officium, ſed mutat *Titius* mores, & *Sempronio* depoſitum obligationis inſtrumentum pignoris loco, *Cajo* deponente *inſcio*, ſupponit, accepta ab eodem millium ſolidorum aut aureorum quantitate. *Cajus* cognitâ re a *Sempronio* vindicat obligationis inſtrumentum: Hic reſtitutionem ante negat, quam eidem de pecunia credita ſatisfactum.

3. Aut *Cajus* ſartori *Titio*, aliive forte opifici veſtes faciendas, aut aliud faciendum dedit, isque materiam, aut novam ſpeciem *Sempronio* vendiderit, aut oppignoraverit, quam hic *Cajo Domino*, rem vindicaturo, reſti-

reſtituere tergiverſatur, niſi pretio, aut credita quantitate ſolutis.

§. XXXV. Jure Communi *Romano* memoratis in caſibus ſine dubio adverſus tertium, quemcunque poſſeſſorem, domino equi, librorum, inſtrumenti obligationis, & materiæ competit *vindicatio*, pretio non refuſô; ſalvo tamen poſſeſſori regreſſu, aut jure adverſus eum, a quo rem b. f. juſtoque titulo habet comparatam.

§. XXXVI. Juribus exoticis, potiſſimum, *Lubecenſi*, *Hamburgenſi*, *Saxonico* & *Culmenſi* quoad propoſitos ſupra in §. 34. ſub no. 1. & 2. caſus, diverſa occurrit diſpoſitio. Jus *Lubecenſe L. 3. T. 2. Art. 1. §. 1. & 2.* commodanti, re commodatâ a commodatario alienata, denegat adverſus tertium b. f. emptorem vindicationem. Jus *Hamburgenſe p. 2. tit. 2. A. 7.* Jus *Saxonicum L. 2. Art. 60.* & Jus *Culmenſe L. 3. Tit. 5. Cap. 11.* vagantur latius, & tam re *commodata*, quam *depoſita*, & ex alio etiam, ad dominium tamen transferendum inhabili, contractu, re tradita, facta ab accipiente contra contractus fidem alienatione, contra tertium denegant vindicationem.

§. XXXVII. Secundum hanc Juris *Lubecenſis* & *Hamburgenſis* diſpoſitionem & in eo, ſub *no. 3.* hic relato caſu, non minus deberet dominus materiæ a vindicatione eſſe excluſus, agendi facultate contra *ſartorem* aut opificem, non contra *b. f. poſſeſſorem*, permiſſâ: ſed, ſi memorata contemplamur jura, & quidem *Jus Hamburgenſe p. 2. T. 9. A. 18.* & *Jus Lubecenſe L. 3. Tit. 8. A. 17.* deprehendimus, *utroque jure* in ſuppoſito ſub *num. 3.* caſu, *domino* adverſus *poſſeſſorem* dari *vindicationem*, reique repetitionem, modo pretium manus ſic dictum, **das Macherlohn**, ſolvatur.

Ex

Digitized by Google

Ex quo videre eſt neque, *Hamburgenſium*, neque *Lubecenſium* Jure, famoſiſſimam iſtam regulam: **Hand muß Hand wahren, oder, wo ich meinen Glauben gelaſſen, da muß ich ihn wiederſuchen,** eſſe univerſalem, aut omni exceptione majorem, ſed ad caſus nominatim expreſſos potius videri reſtringendam. Cujus doctrinæ ulteriorem enucleationem *Lubecenſibus* & *Hamburgenſibus* lubens relinquo; interim Lectorem Benevolum tum ad diſſertationem inauguralem Præſide JCto *Chriſtiano Wildvogelio* A. 1715. *Jenæ* de *domino a Rei Vindicatione excluſo* ſecundum ſtatuta Hamburgenſia, tum ad diſp. hic *Regiomonti*, Præſide Socero meo honoratiſſimo, D. *Johan.* **Anſeln**, Prof. Juris Ordin. ſecundar. h t. Rect. Academ. & Decano Facult. Jurid. Ao. 1698. De canone Juris Lubecenſis, **Hand muß Hand wahren,** habitam, remitto; ego vero potius *Prutenicum Jus* patrium ejusque ſanctiones penitius ſum luſtraturus, ne objici forte poſſit, turpe eſſe homini peregrina ſcire jura, & ignorare jus, in quo ipſe natus. *l. 2. §. 43. π. de O. J.*

§. XXXVIII. Quod itaque jus attinet *Prutenicum*, non licuit, facta etiam accuratiori perveſtigatione, ullum occupare textum, ex quo intelligi poſſet, Jus *Prutenicum* ſe ad Scita *Lubecenſis*, *Hamburgenſis*, *Culmenſis* aut *Saxonici*, quæ poſteriora nonnunquam nominatim ſequi ſolet, accommodâſſe, & vindicationem, adverſus poſſeſſorem domino alioquin competentem, reſtrinxiſſe; potius ingenue fatendum, non una *Prutenico jure* occurrere, quæ vindicationem, dominis jure *Romano* competentem, ſtabiliant, illibatumque eidem relinquant effectum.

§. XXXIX. Primò iſte ſub *num. 3.* ſupra §. 34. exhibitus caſus de rei a ſartore aut opifice ad faciendum ex ea opus acceptæ, ſed venditæ aut alienatæ permiſſa adverſus

ter-

Digitized by Google

tertium vindicatione, eſt Jure *Prutenico* ita nominatim, deciſus, ut domino materiæ ſit *rei Vindicatio* æque ac jure communi *Romano* ſalva *L. 4. T. 8. Art. 3. §. 8. ib.* Da auch jemand einem Handwercksmann Kleider oder etwas zu machen verdinget, und derſelbige verkaufft oder verſetzet den Zeug welchen er bearbeiten ſoll; In dieſem Fall ordnen und wollen Wir, daß der näher dazu ſey, welchem der Zeug gehöret, denſelben zu behalten, denn derjenige, dem er verkaufft oder verſetzet iſt worden. Und iſt demjenigen, bey welchem er ſein Zeug findet, nichts mehr als den Macher-Lohn zu bezahlen ſchuldig.

§. XL. Quod tamen ut opinor hanc videtur admittere limitationem, niſi ex materia rudi b. f emta ſpecies ſit facta nova, quæ ad ſua initia amplius, aut rudem materiam redigi non poſſit; quo caſu neque jure *Prutenico* nova ſpecies poteſt vindicari, ſed eſt ſpecificator & detentor in ea retinenda æque, ac jure *Romano* §. *25. J. de Rer. divis & acq.* potior *L. 3. T. 1. Art. 6. §. 2. ib.* Alsdann ſoll es dem *Specificatori* oder Werckmeiſter bleiben, ſonderlich wo er bona fide an ſolcher materie gehandelt hat.

§. XLI. Interim cum illâ etiam ſuppoſita facti ſpecie, ubi opifici æs datum, ut ſtatua, aut argentum, ut ſcyphus inde conficeretur, rudis vero materia eſt alienata aut oppignorata, locus *jure Prutenico* relinquatur vindicationi, ſatis apparet, memorato *Prutenico jure* non eſſe neceſſitatis aut receptam diſpoſitionem, ut, quo cum ſemel quis contraxit, cujusque fidem ſeqvutus ejus porro ſequatur fidem, cumque eo tantum perſonali experiatur actione, a vindicatione ipſius rei adverſus tertium excluſus.

§. XLII. Ne nunc, iisdem circumſtantiis manenti-

D bus

bus, diverſa juris principiorum fiat applicatio; jure *Prutenico* quoad *primum* & *ſecundum* caſum in §. 34. relatum, dicendum eſſe arbitror, ſalvam eſſe *Jure Prutenico* vindicationem, ſi commodatarius equum commodatum, aut depoſitarius libros depoſitos, aut depoſitum obligationis inſtrumentum alienaverit, vendiderit, aut oppignoraverit, quamvis tertius iſtas res b. f. tituloque juſto & ad transferendum dominium habili acquiſiverit: Interim aliquantum difficilius qua rem depoſitam, quam qua rem commodatam alienatam excludi videtur vindicatio, ideo, quod depoſitarius, nullum ex Contractus natura habens uſum L. R. *L. 4. T. 4. Art. 1. §. 8. ib.* Zu ſeinem Nutzen und Nothdurfft nicht gebrauchen ꝛc. pejus & indecentius alienet, quam commodatarius aliquem rei ex commodantis voluntate adhuc habens uſum, & inde liberiorem diſponendi facultatem, attamen, quia uterque rem alienando aut oppignorando contractus exiſtit violator & neuter a contrectatione invito domino facta, ſicque furto ſit immunis §. *6. J. de obligat. quæ ex delict. naſcuntur. conf. Brunnemann ad l. 1. §. 25. π. depoſ. vel contra* L. R. *L. 4. T. 4. Art. 1. §. 9. ib.* mag er ihm auch als umb einen Diebſtall belangen, non immerito *vindicationi* relinquitur locus, ſive res depoſita, ſive comodata ſit alienata, quamvis *Jus Lubecenſe*, ut §. 36. ſupra notatum, in caſum *rei commodatæ alienatæ* excludet vindicationem.

§. XLIII. Jus *Romanum l. 17. §. 1. π. Depoſit. l. 8. l. 9. π. Commod. l. 20 π. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* & *Prutenicum L. 4. T. 3. Art. 1. §. 1. ib.* und nicht auf den Entlehner oder Commodatarium transferiret wird ꝛc. in eo arcte conveniunt, quod *neutro jure* neque in depoſitarium neque commoda-

modatarium transferatur dominium, ſed deponentium & commodantium quisque maneat dominus. Neque dominium translatum ut quidam, ſed male ſentiunt, eſt ratio, quare jure *Lubecenſium* aut *Hamburgenſium* denegetur vindicatio. Nam & his aliisve juribus commodantibus & deponentibus manet ſalvum integrumque dominium & datur vindicationi locus, ſi commodatarius aut depoſitarius adhuc res detineant; ſicut & periculum recenſitis juribus non eorum, quibus res commodata, aut apud quos ſunt depoſita, ſed ipſorum commodantium & deponentium, ceu dominorum ſubintelligitur eſſe; facta in tertium, non tamen quemcunque, ſed bona fide accipientem alienatione, eſt tantum memoratis juribus excluſa rerum vindicatio.

§. XLIV. Jure *Prutenico* non tantum commodantibus dominis & deponentibus, ſed & aliis arbitror integram eſſe adverſus bonæ fidei Emtores aut poſſeſſores vindicationem. Quorum in cenſum voco (1.) *Legatarium*, re legata ab herede alienata aut oppignorata, (2.) *locatorem*, re conducta a conductore diſtractâ, (3.) *Venditorem*, re Emtori quidem, ſed non habita de pretio fide tradita, aſt ab Emtore ſtatim in tertium alienatâ; (4.) *debitorem*, pignore a creditore indebite alienato. (5.) *mandantem*, re ad oppignorandum tantum tradita, ſed a mandatario vendita, (6.) *proprietarium*, re in uſumfructum conceſſa, ſed pariter ab uſufructuario alienata. Ubi a Commodatario, depoſitario, hærede, conductore, Emtore, creditore, mandatario, uſufructuario, contra contractus fidem & alienandi facultate a dominis non conceſſa, facta eſt alienatio aut venditio, utut ex horum manu accipientes in bona ſi juſtoque titulo fuerint conſtituti, non tamen eos a vindica-

 tione

tione concurrens b. f. titulusque ad transferendum domi-
nium habilis & ſubſecuta traditio jure *Romano* & *Prutenico* præſtabit immunes, non concurrente dominorum ad alienandum voluntate: niſi forte contra dominos præſcriptum: *l. 1. J. π. & C. de uſu cap. & præſcript.* **Pr. L. R.** *L. 3. T. 4. Art. 1. §. 1. ib.* Dann auch ſolche Zeit geraum genug iſt, daß die rechten Eigenthums-Herren, dieſelben von den unrechtmäſſigen Beſitzern und Poſſeſſoren erholen, *vindiciren* und wiederum an ſich bringen mögen. *& L. 4. T. 6. Art. 13 §. 4. ib.* und da es nicht ſein geweſen, fahet er doch daſſelbige an *per uſucapionem* ſive præſcriptionem zu überkommen.

§. XLV. Videtur materiæ recenſitorumque caſuum mereri dignitas, ut de ſingulis agam ordine plenius.

§. XLVI. Depoſitarium mala agere fide rem depoſitam alienando, vendendo, aut apud alium deponendo, tenerique inde & in injuſtæ alienationis pœnam periculum plane, quod alioquin eſt deponentis *l. 1. C. Depoſ.* **Pr. L. R.** *L. 4. T. 4. Art. 1. §. 5.* ſuſtinere, utut rem a tertio poſtea rurſus comparaverit, ſi illa forte citra depoſitarii culpam poſt caſu perierit, deteriorata aut amiſſa ſit, tam textus Juris *Romani l. 1. §. 25. l. 16. π. Depoſit. vel contra*, quam textus Juris *Prutenici L. 4. T. 4. Art. 1. §. 17. & Art. 2. §. 7. ib.* und ſo daſſelbe verkauffte Guth, nachdem er das wieder erobert, verdürbe oder ſonſt verlohren würde, iſt er deſſelben *æſtimation* und Werth, ob er er gleich ſonſt keine Schuld in ſolchem Verderben gehabt, zu bezahlen ſchuldig ꝛc. clariſſime evincunt. Cæterum, utrum deponens dominus rem non apud depoſitarium amplius, ſed apud tertium b. f. emtorem, in cujus bonis forte Creditorum Concurſus eſt
exci-

excitatus, exiſtentem, jure dominii præ aliis Creditoribus omnibus quantumcunque privilegiatis adhuc vindicare valeat? non inutilis eſt quæſtionis: quam jure *Romano* affirmare nullus dubito. *arg. l. 9. in fine π. de Rei Vindicat. l. 17. §. 1. π. depoſit. l. 24. §. 2. π. de rebus autor. jud. poſſid.* ib. *ſi tamen nummi extant, vindicari poſſunt a depoſitariis & futurus is, qui vindicat, ante privilegia. l. 8. C Depoſit. vel contra.* ib. *adverſus eum autem, qui accepit nulla actio tibi competit, niſi nummi extent* &c. tunc enim contra poſſidentem uti rei *Vendicatione* potes. *Brunnemann* Comment. *ad. l. 8. C.* Neque jure *Prutenico* rem, ſalvis ejusdem principiis, ante jam tactis, terminare aliter mihi licet, & depoſitori indulgere vindicationem, re depoſita forte in ejus adhuc bonis, moto concurſu, in natura extante, in quem fuit a *depoſitario* citra *deponentis* translata *voluntatem.* Etenim Jus *Prutenicum L. 1. T. 49. §. 3. n. 1.* deponentem, rem extantem vindicantem, *primo loco* ante omnes alios dominos & creditores locat *ib.* **Denn ſo Geld, Wahre oder anders, hinter dem Schuldner** deponiret **und zu treuen Händen hinterlegt, und ſelbiges unveräuſſert noch verhanden,** neque privilegiata depoſiti cauſa patitur, ut per verba: **unveräuſſert noch verhanden,** non factam hactenus a depoſitario alienationem, *licet res in natura extet*, intelligam, aut ad ipſum *primum depoſitarium* tantum reſtringam juris diſpoſitionem, & prælationem, potius verba memorata germanica de rei non facta conſumptione aut abſumptione explicem, accedit, quod domino, propitio *jure Prutenico*, rem furtivam extantem ex Concurſu bonorum ejus, qui ipſe furtum non fecit, ſed, qui illam b. f. habet comparatam, vindicare ſit integrum *all. loc. ſub. no. 7.* **Denjenigen, der eine geſtoh-**

ſtohlene und noch *exiſtir*ende Sache, welche der Schuldner an ſich gekaufft hat, wieder zurück fordert. qui ergo invidere licebit depoſitori vindicationem, re *depoſita*, non minus in effectu invito domino, quam re *furtiva*, ablata, & poſt ad emtorem aut quemcunque alium tranſlata.

§. XLVII. Alias deponenti contra *tertium*, cui res a *depoſitario*, acceptâ certâ pecuniæ ſub uſuris quantitate, fuit oppignorata, competere in *Pruſſiacis* quoque *foris* vindicationem, inque caſum diſtractionis, *creditorem tertium* ad pretii, quod ex rebus quondam depoſitis, ſed poſt creditori ignoranti oppignoratis, & porro ab hoc diſtractis, eſt redactum, reſtitutionem, ſalvo regreſſu, condemnatum eſſe, teſtantur integra acta & ſummorum Judicorum *Regni Pruſſici An. 1713. An. 1714. & An. 1717.* pronunciata, in cauſa *Bernhard Evald von Manteuffel*, Ober-Forſtmeiſtern, contra ſeel. *Andreas Brocken*, Rahts-Verwandten und Hoff-Gerichts-Advocati Wittiben in geb. aſſiſtentz, in geſuchter *extradi*rung einiger bey dem Goldſchmied *Vogel deponir*ten und von dieſem bey der Beklagtin verſetzten Silbers betreffend. Qua in cauſa litigantium uterque & quidem *Brokii* vidua teſte Decreto *die 20. Oct. 1713.* & Dominus a Manteuffel teſte Decreto *die 26. Octobr. 1714.* latis, pro pleniori cauſæ definitione jurare juſſus, *illa*, daß ſie das vom Goldſchmied *Vogel* bey ihr verpfändetes Silber nicht zum Nachtheil des von *von Manteuffels*, noch ihme dieſen Rechts-Streit dadurch ſchwüriger zu machen, veräuſſert, auch nicht mehr dann 1431 fl. 17. gr. davor einbekommen habe ꝛc. *Hic* verò, daß er dem Goldſchmied niemahlen freygegeben, daß *libellirte* Silber zu

ver-

Digitized by Google

verpfänden und Geld darauf zu nehmen ꝛc. Quæ juramenta bina coram Aulico Judicio *die 5. Decembr. 1713. & 13. Nov. 1714.* ſunt præſtita. Plane in Aulici Pruſſiaci judicii *die 6. Julii Ao. 1716.* pronunciato vidua *Brokia* & *heredes* ad *uſuras* a *tempore diſtractionis* ſolvendas ſunt condemnati, niſi certarum circumſtantiarum ab iisdem adhuc eſſet probatio facta; verum interpoſitâ ad *ſumum Pruſſiaci Regni Tribunal* appellatione, teſte Decreto *die 23. April. Ao. 1717.* lato, eſt vidua Brokia cum heredibus a *ſolutione uſurarum* liberata, indultaque probatio non relevans viſa & rejecta. Inſeruiſſem hic integrum *ſententiarum* & *Decretorum tenorem*, niſi diſputatio nimium accreviſſet, paratus tamen, cuique inſpiciendi legendique facere copiam, ſi aliunde non detur.

§. XLVIII. Ex Juris *Romani* diſpoſitione fit Legatarius rei legatæ ſtatim a tempore mortis teſtatoris dominus *l. 80. π. de legatis 2. l. 64. π. de Furt.* licet notitiam rei legatæ non habuerit *l. 77. §. 3. π. de Legat. 2.* intelligas tamen *fictione* juris; & quoad jus *transmittendi*, veritate verò inſpectâ a tempore agnitionis, & cum effectu tandem ab adita hereditate. conf. *Lauterbach. tit. π. de Legat. 1. p. m. 823. Frantzk. Exercitat. 7. quæſt. 1.* Hinc Legatario, poſitis tamen terminis habilibus, tribuitur in rem actio §. *2. J. de Legat.* inde ſi forte heres rem legatam, quæ fuit teſtatoris propria *conf. l. 54. π. de Reg. Jur.* alienaverit, non remanet dubium, quin legatarius eam a quocunque poſſeſſore vindicare poſſit.

§. XLIX. Jure *Prutenico* his contraria, quantum memini, non occurrit diſpoſitio, imo materia legatorum ex jure communi *Romano* eſt juri prædicto illata, & ad teſtamentorum articulum ſpectat; ad quem generalia *juris Prutenici*

Digitized by Google

tenici verba, quæ *L. 5. Tit. 1. Art. 2. §. 1. ib.* Als haben Wir aus obgedachten Käyſerlichen Rechten, welche noch mehrentheils in unſerm Königreich Preuſſen gehalten und *obſervi*ret &c. habentur, omnino pertinent, quamvis a quibusdam ad hanc ultimæ voluntatis materiam reſtringi velint; nunc vero promulgatorii diplomatis *noviſſimo Juri Prutenico* præmiſſi tenor *ib.* Wann der Fall in dem Käyſerl. Recht ausdrücklich decidiret iſt, nach demſelben geſtellet werden ſoll ꝛc. rem & Juris *Romani* autoritatem declaret in *Pruſſia* evidentius, ejusque applicationem in caſibus *jure Prutenico* non deciſis, admittat, nihil eſt, quod vindicationem rei legatæ a tertio poſſeſſore remorari poſſit aut debeat. Neque obſtat (1.) quod jure *Prutenico* non ſit legatario permiſſa facultas, rem legatam *propria autoritate* occupandi Pr. L. R. *L. 5. T. 8. Art. 4. §. 1. ib.* und wo ſich der Legatarius des Legats nach Antretung oder Annehmung des Erbfalls eignes Fürnehmens thätlich unterzöge und zu Händen nehme, der ſoll damit ſeiner Gerechtigkeit und Anſpruch zu dem Legato verlohren haben; qui ergo dominus cenſeri poteſt Legatarius? Regero, eſt legatario rem legatam *propria autoritate* occupandi facultas conceſſa, ſi teſtator eam in teſtamento indulſerit *l. all. §. 2. ib.* in dieſem Fall, weil es des *Teſtirers* Wille und Meynung, daß der *Legatarius* ſich ſelber des *Legati* annehmen und unterfangen möge, ſoll und mag es dabey bewenden. At inquiet quis? hac ratione plus *Prutenicum* Jus ultimo *teſtatoris* elogio, quam expreſſæ *creditoris* & *debitoris* indulget conventioni. *L. 4. T. 5. A. 4. §. 5. ib.* ob ihm gleichwol in dem Schuld-Brieff, durch einige *convention* oder Geding nachgelaſſen wäre, daß der

An-

Digitized by Google

Angriff ohne Recht geſchehen möge. *conf. l. 11. C. de pign. act. ibique Brunnem.* reſpondet *Paulus* in *l. 12. ff. d. Reg. Jur. in teſtamentis plenius voluntates Teſtantium interpretamur.* Deinde regero, & jure *Romano* eſſe interdictam legatario rei legatæ ſub *amiſſionis pœna* occupationem *l. 1. §. 2. π. quod legat. l. 13. π. quod metus cauſa. l 5. C. de Legat.* nec tamen ideo negari vel dominium, vel ab eo oriundam vindicationem, textibus §. præced. allegatis. Neque 2. obſtat, quod Jure *Prutenico* ipſi *heredi* in teſtamento inſtituto tribuatur *vindicatio L. 3. T. 5. §. 15. ib.* ſondern es mag auch der Erbe, ſo er will, die *actionem rei vindicationis &c.* derentwegen intentiren und fortſtellen, qui ergo *Legatario* eadem tribui poſſit? Cum *Romana* & *Prutenica* non patiantur Jura, ut duo ſint in ſolidum domini. *l. 5. §. fin. π. Commod. l. 19. §. 3. π. de Caſtr. pecul. l. 3. §. 5. π. de acquir. vel amittend. poſſeſſ. ibique Brunnem. arg.* LR. *L. 3. T. 5. Art. 1. §. 13.* reſpondeo, procedere definitionem de uno eodemque reſpectu & habendi modo, diverſisque reſpectibus, quin dominium *unius rei in ſolidum* penes plures eſſe poſſit, non eſſe dubitandum. *l. 3. C. de Jure dot. §. 40. J. de Rer. diviſ. pr. J. quibus alien. licet vel non.* Pr. Lr. *l. alleg. &* *L. 3. T. 1. Art. 10. §. 16. 17. & L. 4. T. 15. Art. 7. §. 1. & 2.* Heres a tempore aditionis univerſale omnium rerum, quæ defuncti fuere propria, conſequitur dominium, æque ſicut Legatarius, cum *ſucceſſio ex teſtamento* non minor ſit, quam *legatum*, modus acquirendi dominium de jure Civili, & ideo ut *legatario* adverſus ipſum quoque *heredem* & quemcunque alium poſſeſſorem vindicatio datur, ita & *heredi* eadem adverſus *legatarium*, propria autoritate rem legatam occupantem non erit deneganda, quo Falcidianam conſequatur

E quar-

Digitized by Google

quartam: quod poſterius non demum *jure novo*, ut innuit jus *Prutenicum all. L. 3. T. 5. Art. 1. §. 15. ib.* Dieweil in denen neuen Käyſerl. Rechten verſehen, ſed antiquo *Digeſtorum* jam obtinuiſſe videtur *jure*, ut docet textus in *l. 67. l. 26. l. 73. §. 5. π. ad L: Falcid. Frantzk. Exercit. 7. quæſt. 7. Coll. Jur. Arg. tit. π. quod Legat. Gerhard. Quæſt. illuſtr. ad Inſt. Diſp. 10. Q. 4.* An vero in textu *Juris Prutenici* allegato, qui clarius pleniusque per *interpretem latinum* redditus, firmiter inferatur, *heredi hodie novo jure adverſus legatarium ratione quartæ Falcidianæ datur rei vindicatio.* Ergo interdictum *quod legatorum* ceſſat? aliis trutinandum & judicandum relinquo.

§. L. Legatarium rem ab herede alienatam a quocunque poſſeſſore vindicantem, excipit juxta §. 44. ordine *Locator*, qui rem a conductore diſtractam, donatam, aut alio titulo translatam, a quocunque poſſeſſore vindicare valet, æque ac deponens & commodans, non obſtante, quod *conductor* liberiorem præ commodatario habeat uſum, dum fructus percipere, remque quam conduxit fruendam, alii locare poſſit, *l. 6. C. Loc. conduct.* quodque locator cum conductore ſemel contraxerit ejusque fidem ſecutus fuerit: cum hæ rationes, neque dominium auferant locatori, neque neceſſitatem inferant, ſequendi eum, præciſe cum quo contractum, & poſſeſſorem dimittendi: Ut commodatum & depoſitum non mutant dominium *l. 8. & 9. π. Commod. l. 17. § 1. π. Depoſit.* ita nec locatio conductio, *l. 30. π. Locati conduct. conf. Stryk. uſ. π. mod. tit. Loc. cond. §. 5. & tit. Commod. § 5.* quod extendunt DDres, licet ea ad *longum* aut *longiſſimum tempus* ultra decennium ſit facta; *l. 10. C. Locat. Cond. l. 1. § 15. π. de Exercitor. Action.* cum temporis

poris qualiscunque adjectio non variet ipſam contractus naturam. Idem *jure Prutenico* qua locationem & Conductionem *modici temporis* obtinet. *L. 4. T. 8. Art. 1. §. 3. ib.* Da das Eigenthum, eben wie bey den unbeweglichen Güttern, bey dem locatore oder Vermiether bleibet ꝛc. ſecus ſi ultra *decennium* extenſa, quæ Jure *Prutenico* conductori *ſingulare* & *peculiare jus* tribuere dicitur. *L. 4. T. 8. Art. 2. §. 12. ib.* Alldieweil derjenige, ſo auf eine lange Zeit etwas gemiethet, eine ſondere Gerechtſahm auf dem be- 41 ſtandenen Guth bekommen und erlanget hat. Minime tamen inde colligendum, aut hoc *jus ſingulare* eo extendendum, ut, facta a locatore ad *longum tempus* locatione, locatori non ſit fas, rem a conductore alienatam, a tertio vindicare: dicitur a pleriſque ad longum tempus facta locatio tranſire in *Emphyteuſin*, ſed ecquis denegabit domino directo, vindicationem? factâ ab Emphyteuta, citra domini directi conſenſum, alienatione. Rectius itaque tueri videor utroque caſu, contra *tertium poſſeſſorem* eſſe locum vindicationi, ſolo textu ante allegato ex *L. 4. T. 8. A. 2. §. 12.* opinionem noſtram ſatis ſtabiliente:

§. LI. Succedit ex §. 44. Articulus forenſi uſu frequentiſſimus, indeque penitiori diſcuſſione dignus. Evenit ſæpe, ut res certo pretio *vendantur*, & ſub bona ſpe ſolvendi ſtatim pretii, emtori tradantur; mox vero ab eodem, pretio tamen priori venditori nondum ſoluto, aut nulla de eo præſtita ſatisfactione, rurſus vendantur, ſimulque ſoluto a ſecundo emtore pretio, tradantur, qua facti ſpecie oblata, ſi prior emtor forte non ſit ſolvendo, aut in ejus patrimonio res amplius non ſit, ſed penes tertium emtorem, diſputari mirum in modum ſolet, an *priori ven-*

itori adhuc contra *tertium* ſit ſalva rerum venditarum & raditarum *vindicatio?* An vero eidem tantum *perſonali* uccurratur *actione*, ad pretium a priore emtore, cui res radita, exigendum?

§. LII. Si ullo in caſu, ſane hoc, Jus *Romanum* & *Prutenicum* fraterne conveniunt, venditorique non tantum contra *primum*, ſed & *ſecundum* & *tertium emtorem* venditarum & traditarum rerum concedunt vindicationem, cum utroque Jure *vendita & tradita res* non aliter emtori acquirantur, quam is venditori pretium ſolverit, vel alio modo ſatisfecerit, expromiſſore aut pignore dato. *§. 41. J. de Rerum diviſ. l. 19. π. de Contrah. Emtione. l. 5. §. 18. π. de Trib. actione* Pr. LR. *L. 3. T. 1. Art. 12. §. 2. ib.* ſondern er mag die revociren, und ſein Guth, als wann es nicht *tradi*ret, wieder einziehen oder fordern, dann es mag nuda traditio, das Eigenthum eines Dinges nicht verwenden. Sed faceſſit negotium & non parum obſtare videtur, quod ſi placuerit aut convenerit, *res invicem permutari* v. g. equos, & ego meum tibi trado, illa firma ſpe, te tuum mihi rurſus eſſe daturum, aut etiam rem, de qua conventum; licebit quidem vi contractus innominati adhuc *pœnitere*, & rem datam repetere, ſed excluſa eſt repetitio aut vindicatio, ſi res ex *cauſa permutationis accepta*, ab *accipiente* in alium fuit translata, ut-ut idem ſuæ nondum obligationi ſatisfecerit aut rem, de qua viciſſim danda conventum, præſtiterit. *l. 4. C. de rerum permut.* LR. *L. 4. T. 16. Art. 2 §. 4. ib.* und ſo es ſich auch begebe, daß einer ſeines Theils das Guth Wechſel-und Tauſch-Weiſe, ehe ihm hergegen ſein dafür eingewechſelt Guth tradiret und zugeſtellet, dem Gegentheil überantwortet,

antwortet, und derſelbe nachmahlen ſolch Guth gleich einem andern zu kauffen gegeben hätte, ſo kan der Käuffer in ſolchem Fall, umb berührtes Guth nicht angeſprochen werden; Dann dieweil der Verkäuffer daſſelbe Guth Tauſch-Weiſe an ſich gebracht, hat er das Eigenthum deſſelben woll auf einem andren wenden mögen. Annon par ratio rerum ex permutationis & venditionis cauſa traditarum? Aliqui, ut eximant dubium, *ſingulare jus* rerum venditarum & traditarum agnoſcunt: alii in eo quærunt præſidium, quod facta ex cauſa permutationis traditione, fides cenſeatur habita, ſecus in rebus venditis ſimpliciterque traditis. *Communi* & *Prutenico jure* eo caſu, ſi non tantum res tradita, ſed & a venditore fides habita de pretio, tranſit dominium, & excluditur vindicatio. *§. ult. 41. J. de Rer. diviſ. l. 19. ff. de contrah. Empt. l. 12. C. de Rei Vend.* Pr. L. R. *l. ult. §. 2. ib.* oder ſonſten zu frieden geſtellet iſt, daß er dem Käuffer der Bezahlung halben trauet und Glauben giebt, welches wieder den Verkäuffer das Gegentheil zu erweiſen hat. & *L. 4. T. 6. Art. 6. §. 4. ib.* Darum kan er das verkauffte Guth weiter nicht *vindici*ren oder anſprechen ꝛc. *conf. Mevius p. 4. D 280. & p. 6. D. 193.* quod talem rurſus admittit interpretationem, niſi venditor ad fidem habendam dolo malo fuerit inductus Pr. L. R. *L. 4. T. 6. Art. 15. §. 1. ib.* Daß ein jeder Kauff und Verkauff, der mit eines Theils Betrug und Liſt auffgerichtet, unkräfftig ſeyn ꝛc. quorſum pertinet textus *L. 4. T. 6. Art. 6. §. 5. ib.* in einem betrüglichen Käuffer, welcher zur Zeit des Kauffs nicht zu zahlen gehabt, und zuvor gedacht, wie er flüchtigen Fuß ſetzen wolle; Dann ob ihm gleich in ſolchem Fall ge-

 glaubt

Digitized by Google

glaubt und vertrauet, wird doch das Eigenthum in einem ſolchen Betrüger nicht transferiret, oder gewendet, dieweil der Betrug Urſach des Vertrauens gegeben. ſed, ſi ſubſumeres forte ex §. *all. 4.* Wer gleich nach dem Kauff verdürbet, auffſtehet oder bonis cediret, is eſt doloſus emptor, & tamen in illum transferri dominium Jure *Prutenico* aſſeritur *loc. cit.* Res eſt ſalva, & apparens contradictio iſta facile in conſonantiam redigitur; non omnis ille, qui ſtatim poſt emtionem rerum creditarum fit inſolvendo & bonis cedit, nomen *hominis* aut *emtoris doloſi* meretur. Non uni, ſed uno plures, nec fingi aut pingi, ſed vere contingere poſſunt caſus, quibus antequam ſol oriatur, aut occidat Cræſus fiat *Irus*, præſertim negotioſus mercator, qui, mari & terra, res ſuas aliorum fidei, ſæpe fallaci, credere & exponere cogitur; conferri hic & legi merentur binæ diſputationes *Ao. 1719. & 1720.* Halæ Magdeburgicæ ſub præſidio *JCti Jac. Fridr. Ludovici* habitæ, quarum una, *de Creditore ad fidem habendam inducto*, altera de *dominio ex contractu doloſo non translato*, fert rubrum.

§. LIII. In *Pruſſicis Judiciis*, quotieſcunque ex circumſtantiis conſtitrit, emtori eſſe de mercibus rebusque traditis & venditis *habitam fidem*, ſecundum Juris *Romani* & *Prutenici* ductum ſummos Judiciorum eosque Juris Conſultiſſimos pronuntiaſſe Conſiliarios & denegaſſe *vindicationi curſum*, approbatis *primarum inſtantiarum* ſententiis eloqvuntur Tribunalitia Decreta *die 15. April. 1695.* in Sachen *Cornelii Heinen* Appellanten an einem, dann *Cornelii Tarvie* Appellaten am andern Theil, ſtrittiges Eigenthum einiger Pipen Spaniſchen Weins betreffend & *die 19. Novembr. 1716.* in Sachen *Stephan Montell* Appellanten

lanten an einem, dann *Jacob* und *Frantz* Gebrüdere *Plogards* Appellaten am andren Theil, ſtrittige *vindicir*ung gewiſſen Wachſes betreffend, pronuntiata.

§. LIV. De eo etiam dubitari & diſputari ſolet, cum omnino *debitor* dominium iſtius rei, quam in ſecuritatem creditæ certæ quantitatis v. g. 1000. Vncialium ſuo Creditori *Titio* ſuppoſuit, retineat ſalvum, *l 12. C. de diſtract. pign.* Pr. L. R. *L. 4. T. 7. Art. 5. § 13. ib.* Dann es bleibet der Verpfänder ein Herr des Pfandes, alſo, daß er auch das Pfand wieder den Willen ſeines Gläubigers und Schuldhabern auf einen andren wol verwenden mag, doch mit der diſtinction &c. Creditor *Titius* verò cum re oppignorata ſit male & injuſte verſatus, dum eam, facta pignoris diſſimulatione, alienavit, & ignoranti tertio vendidit, aut *jure* quidem *pignoris* rem oppignoratam diſtaxit, ſed non juſte, dum vel minoris, vel citius, quam *debitor* in mora fuit, vendidit, vel in longe majorem quantitatem, cum pignus pignori dare liceat, *tot. tit. C. ſi. pign. pignor. dat. l. 40. §. 2. π. de pignor. act.* ſuppoſuerit, an *debitor* & dominus rei oppignoratæ, *ſoluto primo creditori omni eo, quod debetur*, poſſit *rem oppignoratam* a *tertio poſſeſſore vindicare*, annon hic teneatur rem vindicanti reſtituere? ſalvo tantum ſibi contra eum, cum quo contraxit, regreſſu. Non quidem ignoro, Interpretes nonnullos hic *pignoratitia* actioni adverſus *tertium poſſeſſorem* locum facere, eamque pro actione in rem ſcripta venditare, maxime ſi *Jus Canonicum*, exque eo textus ex *c. 6. X. de pignorib.* trahatur in ſubſidium. confer. *Stryk de Caut. Contr. ſ. 2. c. 4. §. 42. & in Uſu mod. π. de pignorat. act. §. 11. Mevius p. 5. D. 342. n. 9.* mihi vero non apparet, cur non poſſit relinqui locus actioni

ad

id exhibendum. *conf. Mevius p. 3. D. 316.* & vindicationi contra emtorem aut tertium poſſeſſorem, potiſſimum tunc, ſi *tertius* in caſu, quo a creditore primo res oppignorata minoris, aut juſto citius, aut contra b. f., non obſervatis, quæ in diſtrahendis pignoribus celebrari conſveverunt, diſtracta, per colluſionem comparavit, aut per fraudem participavit. *conf. l. fin. C. de diſtract. pignor. ibique Brunnemann.* reſoluto jure dantis, *l. 4. C. de pact. inter Emt. & Vend. compoſ. l. 4. § 3. l. fin. π. de leg. Commiſ. l. 3. pr. π. quibus modis pign. ſolv. Vinnius ſel. quæſt. L. 2. cap. 5.* quod hic ſolutione aut ſatisfactione præſtita ejus, quod primo debetur creditori, contingit. *l. 6. pr. π. quib. mod. pign. ſolv. l. 9. §. 3. π. de pign. act. Bachov. de pignorib. L. 3. cap. 10.* jus accipientis ſolvi, indubium & legibus citatis evictum, neque potuit per primi creditoris factum, debitoris & domini conditio aut pignoris fieri deterior. *l. 1. 2. C. ſi pign. pignori datum. l. 40. §. fin. π. de pignor. actione. Bachov. all. tract. L. 2. c. 9.*

§. LV. Juri *Prutenico* ejusque ſanctionibus, quantum obſervare mihi licuit, conf. Pr. L. R. *Lib. 4. Tit. 5. Art. 6. §. 2. & tit. 5. Art. 11. §. 1.* non adverſantur ea, quæ modo in §. *praeced.* ex *Romani juris* diſpoſitione notata, & quamvis, an *rei vindicatio?* an *actio directa pignoratitia?* aut *aliud remedium* indigitatis competat caſibus, non inveniatur expreſſum, quia tamen non eſt veroſimile, *Jus Pruſſicum* pignoratitiæ actioni, ut perſonali, ſingularem iſtum effectum, ut contra *tertium emtorem* detur, voluiſſe tributum, cum in locis non unis actiones *in rem* & in *perſonam* ſecernere & diſterminare optime noſcat. Pr. L. R. *L. 3. T. 1. Art. 9. §. 4. & §. 8. it. §. 15. L. 3. T. 1. Art. 16. §. 3. L. 4. T. 7. Art. 5. §. 24. L. 4. T. 5. Art. 9. §. 4. & Art. 10. §. 3. & Lib. 6 Art. 5. §. 3.*

Digitized by Google

§. 1. & Art. 3. L. 6. §. un. L. 4. T. 5. Art. 6. §. 4. non difficile aut abſonum erit, vindicationi potius in *Pruſſia* eo caſu, quo jus *Civile* eam admittit, cedere locum, ſalvo, ſuo modo, contra autorem regreſſu.

§. LVI. Mandatarium ad cuſtodiendos mandati finis eſſe obligatum, mandatique formam modumque præſcriptum excedere non poſſe, nec debere, Juris *Romani. l. 5. pr. l. 33. in fin. l. 22. §. fin. l. 35. in fin. l. 60. §. fin. π. & §. 8. J. Mandat. l. 19. C. Eod. & Prutenici* evincunt textus, *L. 4. T. 11. Art. 1. §. 4. & 7. ib.* Damit er die Maaß des Befehls nicht überſchreite *& L. 1. Tit. 18. §. 4. ib.* Dann ſo er aus dem ſchreitet, oder dieſelbe übergehet, ſo iſt ſein Thun und Handlung nichtig, und mag ſeinem Herrn, Principal und Gewaltgebern nicht ſchaden, oder ſonſt einiges præjuditz gebehren: Fit inde, ut ſi aliquis mandaverit, *rem ſuam certo pretio vendere*, mandatarius vero *minoris* vendiderit, & venditione facta, rem venditam emtori tradiderit, *dominium* hoc caſu in præjudicium mandantis in *emtorem* non transferatur, ideoque, non obſtante traditione, rem ſuam mandator poterit vindicare, nec mandatori vindicanti exceptio rei venditæ & traditæ nocebit, cum non ex voluntate ipſius vendita ſit, & propterea perinde, ac ſi vendita non eſſet, habeatur. *l. 1. §. 3. π. de Except. rei vendit. Carpzov. p. 2. Deciſ. 130.*

§. LVII. Jure *Prutenico* rem aliter ſe non habere, & mandatori dominium manere illibatum & integrum, mandatario fines mandati excedente, nec mandantis rati habitione ſubſequente, textus *ſupra alleg.* eloquuntur, *L. 4. T. 11. Art. 1. §. 7. ib.* ſo ſoll noch mag ihm, dem Principal und Mandatori durch ſolche vermeinte Handlung ſein *domini*

 ni

44

Digitized by Google

um oder Eigenthum nicht entzogen werden. cui convenit textus in *L. 4. T. 6 Art. 2.* §. *1.* ib. Dann ſo ein Herr ſeinem Diener oder Gewalthaber befohlen hätte, einem andren, der ihm mit Nahmen angezeiget, etwas zu verkauffen, und der Diener oder Gewalthaber ſolchen Befehl nicht nachkähme, und alſo das Guth einem andren, der ihm nicht genandt, verkaufft hätte, ſo iſt ſolcher Kauff an ihm ſelbſten nichtig und krafftloß.

§. LVIII. Supereſt ex §. *44. Proprietarius*, rem ab uſufructuario alienatam vindicaturus: nec dubium, quin adverſus tertium poſſeſſorem, in quem eſt ab uſufructuario, res uſusfructus diſſimulatione translata, ſit audiendus. Habet quidem Uſufructuarius jus dominio proximum *l. 4. π. de uſufr.* & appellatione domini continetur *l. 8. pr. π. de rebus autor. jud. poſſid. l. 58. π. de Verb. obligat.* omniſque reditus, obventio, utilitas & commodum omne, quod vel ex ipſo corpore, ſive re fructuaria, vel occaſione ejus percipitur, & quicquid eſt in fructu, exceptis tamen extraordinariis emolumentis v. g. theſauro, proventibus metallicis, confer. *Ludovici doctr. π. de Uſuf. & quemadmod. quis &c.* § *7.* non ſecus ac dominum ipſum ſequntur *l. 7. l. 9. l. 59.* §. *1. π. de uſufr. l. 13. π. quibus mod. uſusfr. amitt. l. 25. l. 28. π. de Uſur.* quia tamen in re aliena jus ſuum uſufructuarius exercet, illique nihil, quod in proprietarii tendit præjudicium, ſuſcipere eſt permiſſum, *l. 9.* §. *7. l. 44. l. 13.* §. *4. π. de Uſufr. Schnobel. diſp. π ſexta* §. *8.* Facile eſt colligere, uſufructuarium proprietatem aut fundum, cujus habet uſumfructum, alienare non poſſe, ſed factâ alienatione, ob ſalvum proprietario dominium, ſalvam quoque eſſe actionem ex dominio ortam, vires ſuas adverſus quoscunque poſſeſſores, ſive

bona

Digitized by Google

bona ſive mala res comparaverint fide, exſerentem; neque proprietarius a rei Vindicatione ideo excludendus, quod uſufructuarius pingviori longe jure in re uſufructuaria, ac depoſitarius, commodatarius, conductor gaudeat, liberius ſe pro domino gerere, alter quoque qui b. f. rem emit facilius credere potuerit, alienantem eſſe dominum; ſufficit, proprietarii aut domini non concurrere factum aut conſenſum, qualemcunque emtor tandem de alienante habuerit opinionem, debuiſſet enim accuratius inquirere *L. 19. π. de R. J.* hinc de ſe queri, ſibique hoc imputare debet. *arg. §. 9. J. de ſocietat.*

§. LIX. Jure *Prutenico* aliam eſſe uſufructuarii conditionem, aut laxiorem ei indultam circa proprietatem diſponendi facultatem non apparet. *L. 4. T. 3. Art. 1. §. 5. 6. 7.* & *L. 3 T. 1. §. 7.* hinc facta ab eodem fundi alienatione, vindicationi locum dari, non eſt dubitandum.

§. LX. Hi ſunt præcipui caſus, quos hac vice attingere placuit; Plures quidem occurrunt, ſed cum de ſimilibus idem veniat formandum judicium, & ex recenſitis ſatis jam innoteſcat, ***dominum Jure Prutenico a rei vindicatione non eſſe excluſum***, rubroque diſputationis memoratorum caſuum recenſione videatur ſatisfactum, & præterea forenſes labores uberiorem & accuratiorem non permittant elaborationem, ad finem propero.

§. LXI. Deducti caſus, ut puto, ſatis evincunt, *jure Prutenico* Rei Vindicationi relictum eſſe liberum curſum,

Digitized by Google

ſum, quem *Jure Romano* adverſus quemcunque poſſeſſorem habet, cumque mihi hac vice propoſitum non fuerit, de *jure conſtituendo*, ſed de *jure jam conſtituto* mea lectori communicare cogitata, unicuique libera ſentiendi pro academica libertate relictâ facultaté, indulgebit L. B., quod illi me non immiſcuerim quæſtioni, An juſtius, & Reipublicæ commerciorumque utilitati convenientius? ſi emtores, qui b. f. juſtoque titulo res comparaverint, traditasque acceperint & inſuper aliquamdiu quiete jam poſſederint, etiam contra veros rerum dominos in rebus detinendis defendantur, quam rerum domini, in dominio, jure omnium potentiſſimo, vindicatione contra quoscunque poſſesſores conceſſa, pretio non quidem reſtituto, ſalvo tamen contra autores regreſſu. Uti non accuſo iniquitatis aut irrationabilitatis jura exotica, rei vindicationem ſuo modo reſtringentia, *conf.* §. 37. *allegata D.* Amſeln *Diſputatio*; eamque pro arbitrio legislatoris & populi ita reſtringi potuiſſe ſuſtineo, ita & juſtitiam non exulare intrepidus puto, quando rei vindicationi liber relinquitur curſus. Non ea tantum, aut ſola, ſunt juſta & æqua habenda, quæ *legibus Romanorum* ſunt definita, & aliorum populorum & legislatorum diverſa placita atque juſſa ſtatim injuſta ſunt cenſenda & iniqua. Naturalia jura apud omnes gentes peræque obſervantur, divina quadam providentia conſtituta, ſemper firma atque immutabilia permanent; ea contra, quæ ipſa ſibi quæque civitas conſtituit, variant, & mutari ſolent. confr. §. *11. J. de J. N. G & C.* Multa ſunt *Jure Romano* definita, quæ ab initio aliter potuiſſent, & forte, ſi aliorum judiciis præciſe ſtandum, debuiſſent determi-

terminari, ac in Corpore Juris leguntur determinata; Interim intelligas vim legum, autoritatemque obligandi non a congruentia & convenientia cum jure naturali, ſed a legislatoris voluntate ac præſcripto dependere, ex quo ſolo, & non, quod lex in ſe & per ſe ſit juſta, eſt ſervanda. Evenire poteſt, ut lex per ſe injuſta, Reipublicæ ſtatui magis, qvam juſta, inſerviat; ſed judicaturo aut cauſas in foris tractaturo non perpendendum, quid ſtatui debuerit, quidque potuerit, ſed quid ſtatutum, & ſic non *de lege*, ſed *ſecundum legem* latam aut receptam reſpondendum, ſi caſus deciſus, aut, ſalvis ſemel aſſumpti juris principiis, aliter decidi non poteſt, quamvis dura ſequatur deciſio.

§ LXII. Durum videtur, poſſeſſores ad reſtitutionem rerum, quas b. f. juſtoque titulo in nundinis, in foro ab hominibus integræ fidei, ſceleris que puris compararunt, adigi, pretio nequidem iis reſtituto. Sed quia, ſalvis Juris *Romani* & *Prutenici* principiis, aliter decidi non poteſt obveniens caſus, niſi quis vim juri inferre velit, eſt legibus latis receptisque debita relinquenda autoritas. Qui contrarium in *foro* defendere & tum exotica juta, tum & illorum, quibus nituntur, rationes & argumenta pro partis intentione obtinenda allegare ſuſtineret, vix pœnam, quam *Jus Prutenicum L. 1. T. 20* §. *5. ib.* und bey pœen verhüten rc. determinavit, quamque olim ſummi Tribunalis in Pruſſia Judicium peregrina Jura allegantibus dictitaſſe, Decreta *die 10. Novembr. 1619.*

verb. Weil auch des Appellanten Advocatus frembde, wieder unſer L. R. lauffende *jura allegi*ret, &c. als ſoll er deswegen 10. fl. Ungr. Straffe allhie in continenti zu erlegen ſchuldig ſeyn. & *die 3. Novembr. 1664.* verb. Weil Mandatarius Fiſci die ꝛc. Appellation &c. allhie wieder offenbahres Land-Recht, mit Anziehung frembder, dem Land-Recht zuwieder lauffenden Rechten defendiret; daß er demnach dem Appellaten die durch dieſe appellation verurſachte Unkoſten ſalva moderatione zu erſtatten, und 10 fl. Ungr. Straffe zu erlegen ſchuldig ſeyn ſoll. lata, inque tractatu Juridico de Proceſſu Fori in Pruſſia a beato *D. Georgio Gruben cap 4. §. 42.* allegata loquuntur, vel hodie vix effugiet, ſciturus, coram *Pruſſiacis Judiciis* in allegatione *Juris Prutenici* quoad caſus deciſos, ſo weit die Fälle darin begriffen, *L. R. alleg. loc.* eſſe ſubſiſtendum, nec ad peregrina jura, niſi in caſum neceſſitatis, ſicque *in ultimum ſubſidium*, confugiendum.

§. LXIII. Quousque vero Rei Vendicatio duret, eſt ex duratione ejus juris, ex quo oritur, metiendum: Quamdiu ergo ſalvum dominium, eſt ſalva adverſus quemcunque poſſeſſorem vindicatio: contra, ubi dominium per uſucapionem, aut longi vel longiſſimi temporis præſcriptionem eſt excluſum, ceſſat rei vindicatio: Cum *Romanorum jure* res omnes non uno eodemque temporis ſpatio uſucapiantur, v. g. res mobiles, immobiles, res Eccleſiæ, res civitatis, & quædam non niſi tempore immemoriali, v. g. res ſacræ *pr. J.*

de

Digitized by Google

de Uſucap. auth. malæ fidei C. de præſcript. long. temp. Novell. 119. c. 7. l. 24. auth. quas actionenes C. de ſ. ſ. Ecclеſ. Stryk. in tract. de Action. præſcript. membr. 2. axiom. n. 12. ſq.

§. LXIV. Ex Juris *Prutenici* diſpoſitione idem de rei vindicationis duratione formandum judicium, ut tam diu duret, quam diu dominium, conf. L. R. *L. 4. T. 6. Art. 7. §. 4.* ib. und dazu ſo viel Jahr und Zeit verſchienen wäre, daß es der Käuffer mit Nutz und Gewehr erſeſſen oder præſcribiret hätte ꝛc. ſo iſt er dem **rechten Eigenthümer ferner nichts ſchuldig.** *& Libr. alleg. T. 6. Art. 13. §. 4.* ib. und da es des Verkäuffers nicht geweſen, fahet er doch daſſelbige an, per *uſucapionem* ſive *præſcriptionem* zu überkommen. *& L. 3. T. 4. Art. 1. §. 1. ib.* Da aber die rechten Eigenthums-Herren die Haab und Güter in ſolcher ſo langer Zeit verlaſſen, ſo iſt dafür zu halten, daß ſie **ihre Gütter ſelbſt nicht achten, und dieſelbe williglich in frembde Hände laſſen.** Cum *Prutenico jure* pariter res diverſo, ut *jure Romano*, uſucapiantur & præſcribantur tempore, modo breviori, modo longiori, non eſt idem peremptorius præfigendus Vindicationi terminus, ſed prout res *mobiles Prutenico jure* anno & die, res *immobiles* triginta annis, anno & die, res *Civitatis* triginta annis, anno & die, res *Eccleſiæ*, *Academiæ* aut *Univerſitatum, Scholarum, Hoſpitalium* aliorumque *piorum locorum* res, annis quadraginta præſcribuntur L. R. *L. 3. T. 4. Art. 1. §. 2. & Art. 2. §. 1. & §. 2. §. 7. §. 8.* ita & Vindicatio modo anno & die, modo triginta & quadraginta annis hoc jure excluditur, imo nec res *ſacræ* aut res *furtivæ*, *vi poſ-*

oſſeſſa, *mala fide*, *tituloque nullo* aut *injuſto* emtæ & quiete poſſeſſæ majori temporis lapſu ex *noviſſimi Prutenici Juris* ſanctione expreſſa, indigere videntur, quemadmodum textus innuit, *L. 4. T. 4. Art. 1. §. 7. ib.* es wird auch de bona fide nicht mehr gefragt, wenn jemand 40. Jahr lang eine Sache geruhig beſeſſen, maſſen durch dieſe viertzig jährige *Poſſeßion* aller Streit auf ewig gehoben ſeyn ſoll. Quo ipſo an omnis in Pruſſia nunc videatur ſublata de immemoriali & centenaria præſcriptione ſpectantibusque eo articulis controverſia ? aliis accuratius dijudicandum relinquo. conf. *Henrici Cocceji* olim *Heidelbergæ* habita & *Ao. 1706.* denuo recuſa diſputatio, *de præſcriptione immemoriali.*

§. LXV. Quamvis jura facilius exceptionem quam actionum concedant, *l. 156. §. 1. π. de R. J.* & ſic exceptio dominii nunquam non videatur apta & efficax, ad excludendum agentem, ſunt tamen caſus, quibus detentor rei, exceptione dominii non eſt tutus, ſed cogitur prius rem reſtituere actori & deinde rem judicio petitorio proſequi, quamvis dominii probationem habeat in promptu *l. 25. C. Locat. Conduct. l. 7. C. ad L. Jul. de Vi publ. vel privat. l. pen. §. 2. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* Imo deprehenduntur interpretum quidam, generale formantium axioma; Quicunque cauſam ab altero habent, illi nequeunt opponere dominii Exceptionem. conf *Pfeiffer. in Clave Univerſ. Juriſpr. p. 1. c. 7. axiom. 14.* quod, quoad exceptionem *dominii alieni* vel *tertii*, non æque tamen quoad exceptionem *dominii proprii* jam apte contractum, aut

Digitized by Google

aut poſt contractum demum legitime acquiſiti, admitto. *l. 8. π. de doli mali & metus Except. l. 174. §. 1. π. de R. J.* junctis *l. 15. l. 16. π. Commod. l. 45. π. de R. J.* motus & inductus. conf. *Brunnemann. ad l. 25. C. Locat. Conduct. Mevius P. 2. D. 263. num. 3. l. 31. π. Depoſit.*

§. LXVI. Jure *Prutenico* in uno alterove caſu per Exceptionem dominii, in continenti quamvis idem quis probaturus, agentem non excludere, & denegationem reſtitutionis haut operari, inferunt textus in *L. 3. T. 5. Art. 3. §. 3 ib.* Und wann gleich der Spoliator alſobald und zur Stunde an wolte darthun, und beweiſen, daß das Guth ihm eigenthümlich zuſtünde ꝛc. ꝛc. & *L. 4. T. 8. Art. 2. §. 19. ib.* als wäre das Guth nicht ſein eigen. & *L. 1. Tit. 50. §. 5. ib.* und mag hernachmahls über dem vorgewandten Eigenthum ſein Recht ausführen. Dominii quoque *alieni* vel *tertii* Exceptionem non excludere rei reſtitutionem, quam quis ex contractu ab altero habet, nec detentorem tueri, evincunt textus in *L. 4. T. 3. Art. 1. §. 9. ib.* **Kein** *Dominium* **oder Eigenthum fürwenden,** oder ſagen, das geliehene Guth ſey nicht desjenigen der es geliehen hat ꝛc. & *L. alleg. tit. 4. Art. 1. §. 15. ib.* und ſoll der Depoſitarius guten Glauben halten, und gebühret ihm nicht Fürwitz zu gebrauchen, wem das Eigenthum, oder dominium, des hinterlegten Guths zugehöre. Sed idem *Jure Prutenico*, quod Exceptionem *dominii proprii* attinet, eſſe dicendum, nec majorem illi tribuendum effectum, hactenus aſſerere vereor, reorque, aut

Digitized by Google

conjicio potius, depoſitarium, qui forte per errorem rem *propriam* accepit *depoſitam*, *commodatam* aut *oppignoratam*, fore audiendum, ſi deponenti, commodanti, debitori, res repetituris, *dominium* opponat, idque in continenti evincere ſimul paratus exiſtat. Pernitioſi alioquin exempli res foret, ſi alieno nomine rem tenentibus liberum eſſet ejus reſtitutionem, movendo *dicis cauſa* quæſtionem dominii, remorari aut denegare, ſimulatiſque probationibus tempus protrahere litemque protelare, quod, uti nec in aliis cauſarum figuris, ita nec hic ferendum, ſed præſciudendum, a judice cordato, qui juſtitiæ adminiſtrationem muneris ſui primarium agnoſcit

FINEM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

S. D. G.

Digitized by Google